



HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QVAE SVPERSVNT

TOMVS X. vol. X.



NEAPOLI MDCCCL.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI

PIO FELICI AUGUSTO.


En Tibi, Princeps Celsissime, X. Herculanensium papyrorum Tomus, qui Regiis typis excusus nunc primum Tuis auspiciis cum Litteratorum orbe communicatur. In eo autem duo continentur volumina, alterum nempe Philodemi De Gratia, Epicuri alterum De Natura. Atque posterius hoc De Natura Opus, quamvis male admodum a vetustate adfectum, et vix aliqua sui parte superstes, multa tamen scitu digna complectitur, et ad illustrandam eius Philosophi doctrinam peropportuna; illud vero prius De Gratia quam pulchras habet sententias, quam praeclaras, quam omni sapientia praestantes, quam aptas fovendae virtuti, bonisque moribus provehendis! Quumque in iis, quae nunc superant, ex misero naufragio tanti

voluminis, gratum potissimum, atque ingratum animum disserat Auctor, quis non videt eius Operis nuncupationem suo quodam quasi iure Tibi, Ferdinande Rex, deberi, qui et egregio ipsius naturae habitu, et domesticorum exemplorum vi adeo subditos tibi populos omne genus beneficiis oneras, ut ad gratam eorum recordationem non tam allicere, quam trahere videaris? Ingratissimi profecto mortalium simus, et merito ab sera posteritate plectendi, si tantam mansuetudinem, tantam imperii aequitatem, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tantam denique pietatem, quae cetèrarum virtutum Tuarum dux maxima, et magistra est, aut ex animis delere, aut taciti praeterire ullo pacto audeamus. Tam rarum igitur antiquitatis κειμήλιον, *quod et Tibi ad gratiam conferendam, et nobis ad referendam novo utique stimulo erit, una cum alio illo De Natura scripto, non parvae et ipso aestimationis apud doctos futuro, Canonici Nicolai Lucignani collegae nostri, Regiique Archigymnasii Professoris opera illustratum sereno vultu excipias, nosque studiis bonarum artium deditos eodem, quo Augusti Maiores Tui, patrocinio, et vero etiam ampliori tuearis. Nos interim Deum Optimum Maximum enixis precibus rogamus, ut Teque, et florentissimam Coniugem Tuam, parvosque spei quantaecumque Natos populorum Tuorum amori, et totius orbis admirationi diu servet.*

Ex Regio Museo Borbonico
Pridie Idus Novembris anno R. S. MDCCCL.

Devoti Numini, Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.





Giu Casanova dis. *R. Biondi inc.*

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΧΑΡΙΤΟΣ

Αριθμος ΧΦΗ.

ΧΑΡΗΜΑΤΑ

Σελιδες ΞΑ.

PHILODEMI

DE GRATIA

NUMERUS MDCCVIII.

ILLECEBRAE

PAGINAE LXI.

P R A E F A T I O.

Papyrus, ad quam interpretandam accedimus, inscribitur Φιλοδημου περι χαριτος — Αριθμος ΧΦΗ — Χαρημα̃τα — Σελιδες ΞΑ — idest — *Philodemi De Gratia — Numerus MDCCVIII — Illecebrae — Paginae LXI.* Iam περι χαριτος vertimus *De Gratia*, quamvis vertere possemus *De Beneficio*, seu *Beneficiis*, quemadmodum opus suum eadem ipsa de re inscripsit Seneca; sed quum apud Latinos *Gratia*, ac *Beneficium* idem saepe sint, saepeque alterum pro altero et ab aurei saeculi scriptoribus, et ab ipso Seneca adhibeatur, quandoque etiam simul iuncta reperiantur, nullam nos iniuriam Latini sermonis ingenio inferre putavimus, si tamquam fidi interpretes verbum verbo redderemus. Ceterum nota sunt διδοναι, κατατιθεσθαι, φερειν χαριν, λαμβανειν χαριν, εχειν χαριν, οφειλειν χαριν, εκτινειν χαριν, *tribuere*, *collocare*, *conferre gratiam*, *accipere gratiam*, *habere gratiam*, *debere gratiam*, *persolvere gratiam*, et sexcenta his similia, in quibus omnibus *Gratia* pro *Beneficio* et apud Graecos, et apud Latinos sine ulla dubitatione accipitur. Quod autem ἡ χαρις in hoc huiusce papyri titulo nil aliud omnino sonet, palam faciunt praeter reliqua ευχαριστια, atque αχαριστια, de quibus plurimum disputatur.

Sequitur numerus versuum, et paginarum, qui sane indicat, quanta huiusce voluminis facta sit iactura. Quum enim ex LXI. σελιδι vix duodeviginti supersint, eaeque capite, ac pedibus truncatae medio etiam corpore non paulum detritae sint, quaedam vero vix pauca verba complectantur, quisque facile per se videt, ex tanto numero versiculorum maximam partem deperiisse, ceteris ipsis superstitibus nec omnino integris, nec plenis. Huc adde, quod papyrus ipsa temporis iniuria characteres adeo obscuros, et fugientes offert, ut vix, aut ne vix quidem legi queant; quod maximo incommodo interpretantibus esse, si quis αυτογραφον consulere velit ad aliquas litteras expiscandas, aut dubias divinandas, aut pravas corrigendas, nemo est, qui non agnoscat.

Venimus nunc ad χαρηματα, quae vox titulo inseritur praeter morem ceterorum voluminum, novoque prorsus huc usque exemplo. Et primum, quod ita statuenda ea vox sit, nec aliter confingi queat, του ρ vestigia in αυτογραφω satis adparentia, et interstitium ipsum facile ostendunt. Quamvis autem de ea voce, extiterit, nec ne, hactenus addubitatum sit, ut veteres lexicographi religioni habuerint in suis illam thesauris excipere, nunc tamen nostrae papyri auctoritate in plena Graecitatis iura vindicari posse videtur. Itaque non male sentit Salmasius, qui Anacreontis *LIII.* χαρημα legit pro χαρμα *vers. 5.* Το δε και βροτων χαρημα (Vide *Anacreontis Carmina e MS. Codicib. Argentorati 1778. cum notis Brunchii, et Salmasii*) nec male itidem coniecerunt, qui Καρχηματα apud Hesychium, quae is explicat θελγητρα, corrigunt χαρηματα. Quum enim κεχαρημαι, et χαρηναι in usu fuerint probatissimis auctoribus, (*Stephanus* nuper editus Londini in voce χαιρω, ubi etiam χαρημα) nil esse impedimento potest, quin χαρημα, et χαρηματα optimae notae vocabula existimemus, ab illis utique derivata, quamvis nullum certum exemplum in veteribus monumentis sese adhuc obtulerit. Hisce positis nos χαρηματα heic interpretamur cum Hesychio θελγητρα, *mulcedines*, censemusque tuto reddi posse *illecebras*, scilicet ad gratiam vel conferendam, vel referendam. Quum enim Philodemus in eo volumine multa dissereret de gratia

conferenda, tum eius referendae meritum extolleret, adversumque illi virtuti vitium persequeretur, haec omnia fore putavit tamquam *χαρηματα*, *illecebras* ad inescandos homines, tum ut benefici, tum ut grati essent. Quod si integri nobis huiusce operis copia foret, quam recte, quam apte haec vox addita titulo fuerit, agnosceremus: nunc ea, quae supersunt, vix aliquam partem tangunt *ευχαριστιαν*, cetera omnia *αχαριστιαν* insectantur.

Ceterum haec ipsa, si qua est, laus *ευχαριστιας*, multaque *αχαριστιας* vituperatio Philodemum aeque, ac omnes sapientes cogitasse satis, ac super patefaciunt. Cicero quidem *την ευχαριστιαν* non modo maximam virtutem, sed reliquarum omnium matrem facit *Orat. pro Planc. Cap. XXXIII.* « Quum omnibus virtutibus me adfectum » esse cupiam, tum nihil est, quod malim, quam me et gratum esse, et videri. Haec » est enim una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reli» quarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? Qui sunt boni cives, qui » belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriae beneficia meminerunt? » Qui sancti, qui religionem colentes, nisi qui meritam Diis immortalibus gratiam » iustis honoribus, et memori mente persolvunt? Quae potest esse iucunditas vitae, » sublata amicitia? Quae autem amicitia potest esse inter ingratos? Quis est nostrum » liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui » non locus ille mutus, ubi ipse altus, atque doctus est, cum grata recordatione in » mente versetur? Cuius opes tantae esse possunt, aut unquam fuerunt, quae sine » multorum amicorum officiis stare possint? quae certe sublata memoria, et gratia » nulla extare possunt. Idem *De Officiis Lib. I. Cap. XIV.* Nullum officium referenda » gratia magis necessarium est. Quod si ea, quae adceperis utenda, maiore men» sura, si modo possis, reddere iubet Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere » debemus? An non imitari agros fertiles, qui multo plus adferunt, quam adcepe» runt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia » conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Nam quum duo genera » liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi, demus, nec ne, in nostra » potestate est; non reddere viro bono non licet, si modo id facere possit sine iniuria ». Seneca vero multa nimium de referenda gratia habet, tum *Lib. II. Cap. XVIII* et *seqq.* tum *Libr. IV. Cap. XL.* tum *Libr. VI.* fere toto, in quo varias quaestiunculas miscet cum adpositis exemplis; tum denique *Libr. VII.* ubi itidem diversa dubia profert, et fusim alibi ceteris in libris eadem fere ratione. In quo quidem Aristotelem imitatus videtur, qui *Ethic. Libr. VIII. Cap. XV.* et *Libr. IX. Cap. II.* plurimas de referenda gratia quaestiones ponit, ubi perquam pulcherrimae sententiae continentur, ut omittam, quod *Libr. V. Cap. VII.* narrat de Gratiarum templo palam in urbe constituto, ut gratiae reddendae monumentum sit, et de Gratiis sese invicem respicientibus, ut indicetur beneficium bene collocatum, bene redditum, novum interim provocare, iuxta illud Sophoclis: Ἡ *χαρις χαριν εστιν ή τικτουσα αει.* *Gratia semper gratiam parit.* Sed Epicuri ipsius, qui propius ad nos spectat, sapientissima sententia est de *ευχαριστια* in *Epist. ad Pytocl.* *Μονον τε χαριν εξειν τον σοφον φιλοις τε, και παρουσι, και απουσιν, ὁμοιως δε και αποθανουσιν.* *Solum sapientem gratiam amicis et praesentibus, et absentibus, et vita etiam functis habiturum.* Quod indicat illum et gratiam magni fecisse, et veram illius habendae rationem uni sapienti reliquisse.

At satis videri id poterit de *ευχαριστια*, quam et in hisce nostris pagellis tangit Philodemus, et cetera in parte voluminis explicasse verosimile est. De *αχαριστια* vero, quam is potissimum spectat, nil mirum videri debet, si illam vehementissime oppugnet, quum veteres omnes philosophi in eo vitio detestando et saepe fuerint, et acerrimi. Cicero *II. De Offic. Cap. XVIII. Omnes*, inquit, *immemorem beneficii oderunt, eamque iniuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri, eumque, qui faciat, communem hostem tenuiorum putant.* Hinc sententia illa P. Syri: *Ingratus unus miseris omnibus nocet.* Seneca initium operis facit ab animi ingrati vitio, quod et maximum, et frequentissimum queritur *Libr. I. Cap. I.* mox *Libr. II. Cap. XXVI.* et *seq.* exponit, *quid maxime faciat ingratos. Libr. III. Cap. I.* et *seqq.* item agit de ingratis, *qui illi sint, et an puniendi, aut ad iudicem vocandi;* ubi inter reliqua haec habet vere quidem, ac sapientissime dicta. *Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, ubique improbatur; sed quum difficilis esset incertae rei aestimatio, tantum odio damnavimus, et inter ea reliquimus, quae ad vindices*

Deos mittimus. Libr. V. Cap. XVII. iterum redit ad ingratos, *quos enumerare arduum putat, quum sint plurimi.* Denique *Libr. VII. Cap. XXXI.* docet, *quomodo ferendi ingrati, et ad bonam frugem revocandi.*

Sed ne antiquiora taceamus, memorabile in primis est illud Xenophontis de veteribus Persis *Libr. I. Cyrop. Cap. IV.* qui fortasse uni omnium mortalium et de αχαριστιᾳ publice indicabant, et acribus eam poenis vindicabant. Δικαζουσι δε και εγκληματος, ου ενεκα ανθρωποι μισουσι μεν αλληλους μαλιστα, δικαζονται δε ηκιστα, αχαριστιας· και ὀν αν γνωσι δυναμενον μεν χαριν αποδιδοναι, μη αποδιδοντα δε, κολαζουσι και τουτον ισχυρως· οιονται γαρ τους αχαριστους και περι Θεους αν μαλιστα αμελως εχειν, και περι γονεας, και πατριδα, και φιλους· επεσθαι δε δοκει μαλιστα τη αχαριστιᾳ ἡ αναισχυντια, και γαρ αυτη μεγιστη δοκει ειναι επι παντα τα αισχρα ἡγεμων. » Iudicium » vero dant de illo quoque crimine, propter quod inter homines odia mutua po- » tissimum existunt, quum postulationes de eo in iudiciis minime fiant, de vitio » ingrati animi. Itaque si quem intellexerint gratiam non referre, quum possit, » in eum etiam valde animadvertunt. Nam ingratos homines imprimis nulla Deorum » cura, nulla parentum, patriae, amicorum adfici arbitrantur. Quin et impudentia » potissimum iugrati animi vitium consectari creditur, quae et ipsa una omnium esse » maxima dux ad turpissima quaeque videtur ». Cetera vide apud Stobaeum *Serm. LVII.* et *LVIII. De Ingratis, et beneficia non agnoscentibus*: Περι αχαριστουντων, και αγνωμονουντων. Et *Serm. LXXVII. De Gratis, et beneficia agnoscentibus*: Περι ευχαριστουντων, και ευγνωμονουντων. At omittere nolumus testimonium Epicuri, quod magis refert, qui, ut ait Seneca *De Benefic. Libr. III. Cap. IV. assidue querebatur, quod adversus praeterita simus ingrati, quod quaecumque percepimus bona non in memoriam reducamus, nec inter voluptates numeremus, quum certior nulla sit voluptas, quam quae iam eripi non potest.*

Hisce igitur vestigiis insistens Philodemus αχαριστιαν insectatur, ingratosque infamia onerat, bonisque consiliis, ac monitis ad sapientiam deducit. Sententiae omnes gravissimae sunt, et sano philosopho dignae, ut ex nostris Scholiis intelliges; nos enim ad singulas paginas Philodemi mentem aperuimus, quidque potissimum sibi velit, ostendere sategimus. Si quis vero heic nexus rerum, ordinemque quaerit, maius profecto, quam non nostrae solum, sed cuiusvis vires praestare possint, quaerit; nisi malit nimio plus ingenio indulgere, et temerariis divinationibus vela pandere: quod nec sapientis est, nec honesti. Quo pacto enim bonae mentis vir in mutilis membris, totiusque corporis laceratione integrum hominem, et qui omnibus sibi partibus recte constet, invenerit?

Interea, ut εν παροδῳ, et quodam quasi in speculo videas, quid potissimum hoc in volumine disserat Philodemus, en tibi singularum pagellarum argumenta breviter enumerata.

Col. I. Docet rectam institutionem naturam adficere, ingratumque traducere ad virtutem posse.

Col. II. cuius vix pauca superant, eademque incerta, ostendere videtur neutiquam laudandos, nec qui modum dando excedunt, nec qui supervacanea largiuntur.

Col. III. De cicuribus in eo, in quo differunt a feris, disputat, fortasse ut ea similitudine idem, quod Col. I. inculcaret, rectae institutionis vi mansuefieri ingratos posse, bonisque rebus, utilibusque addici.

Col. IV. Monstrat, ingratos, utut aliis fucum facere, seque ipsi occulere arbitrentur, notos esse omnibus mortalibus, quum suum cuiusque ingenium ex se pateat.

Col. V. In quosdam invehitur, qui iustae amicitiae finem polluebant, quodque illi magna ex parte adversaretur, edocebant. Quibus verbis partim ingratos ipsos, partim aliquos philosophorum perstringi verosimile est.

Col. VI. Exemplo ex contrariis desumto arguit omni in posterum gratia indignum esse, qui ne ea quidem tentaverit, quae ad unam aliquam gratiam referendam satis videri queant.

Col. VII. De assentatoribus loquitur, qui vano verborum sono divitum aures mulcere, in eorumque amicitiam irrepere conabantur. Quantum autem innuit extrema pagina, divitiarum possessionem non improbat Philodemus, eas tamen turpi largitione imminuendas vetat.

Col. VIII. Quadam veluti ανακεφαλαιωσει se grati ab ingrato animo differentiam et philosophice, et rhetorice ostendisse declarat.

Col. IX. Recte, ac sapienter dandum, ut gratum nobis potius, quam ingratum paremus.

Col. X. In beneficiis conferendis necessitatem imprimis spectandam, iisque, qui eam causantur, non levia, aut vilia, sed carissima quaeque, et eximia tribuenda.

Col. XI. Reprehendendos, qui liberum vitae otium, animique tranquillitatem publicis negotiis, ac muneribus praevertendam suadent: gratam beneficiorum memoriam a nemine impediri.

Col. XII. Fatales quasdam necessitates esse, quae vitari nulla ratione possunt, easque audacter potius subeundas, quam suo crimini adscribendas; interea malorum consuetudinem (utique ingratorum, quos saepe malos, atque improbos vocat) fugiendam, quum eorum factis communicare idem omnino sit, ac propriam culpam prae se ferre.

Col. XIII. Cuiusmodi bona videri possint, quum egenti tribuuntur, et eum, qui illa praebeat, et qui praebiturum se monstret, collaudandum, nec tamen vituperandum, qui praeter expectationem praebeat nec egenti.

Col. XIV. Multo tempore opus esse ad naturam gratiae cognoscendam.

Col. XV. Sapientem quemdam Praeceptorem optandum, qui ad grati animi amorem alliciendum ingratis simplici sermone diserte ostendat, quam magna ea virtus sit, quam pulchra, quam omni pretio digna.

Col. XVI. Difficultatem auget eius rei, de qua disserendum suscepit, eamque declivium locorum similitudine illustrat: tum si vehementius aliquando institerit in suadenda nimio plus grati animi excellentia, se non aegre pati adfirmat, si quis ex sua disputatione quod vim adferat, exsecarit, neutiquam vero sinere omnia demi.

Col. XVII. Aliquid nescio quid praeter hactenus pertractata sibi faciendum innuit, quod nec suo tempore, nec arte vacare debeat: mox pauca quaedam de *anarchia*, i. e. de imperii detrectatione, nullaque discendi docilitate adspergit: postremo eius, quem dixerat, Praeceptoris utilitatem adstruit, cui bonorum utique consiliorum auctori malos subiicere omnino vetat.

Col. XVIII. Rem absolvit, sapientique sententia perorat.

Haec quidem argumentorum cuiusque σελιδος summa esto, quae suis apte locis enucleantur, atque enodantur.

Notatum postremo volumus Περι χαριτος scripsisse Demetrium Phalereum librum unum, (Diogenes Laertius in *eius vita*) Cleanthem, (de quo idem Laertius in *eius vita* his verbis: Περι πλουτου, και χαριτος, και τιμωριας, *De Divitiis, et Gratia, et Cruciatu*) Theophrastum item librum unum. (Diogenes Laertius in *eius vita*) Chrysippus autem, si eidem Laertio credimus in *eius vita*, nullum librum proprie *De Gratia* scripsit; quatuor tamen libros Περι διαφορας των αρετων, *De Virtutum differentia* ad Diodorum scripsit, duos Περι αρετων, *De Virtutibus* ad Pollidem. Fortasse in utroque, vel alterutro horum operum Περι χαριτος, *De Gratia* disseruit. Certe Seneca librum eius de hac ipsa re tractantem ita commemorat, ut non multam ei laudem impertiatur *Libr. I. de Benefic. Cap. III.* « Chrysippus quoque, penes quem subtile illud acumen est, et in imam pe-
» netrans veritatem, qui rei agendae causa loquitur, et verbis non ultra, quam ad
» intellectum satis est, utitur, totum librum suum his ineptiis replet ità, ut de ra-
» tione dandi, adcipiendi, reddendi beneficii pauca admodum dicat, nec his fabulas,
» sed haec fabulis inserit ». Et mox *Cap. IV.* « Sed ne faciam, quod reprehendo,
» omnia ista, quae ita extra rem sunt, ut nec circa rem quidem sint, relinquam.
» Tu modo nos tuere, si quis mihi obiiciat, quod Chrysippum in ordinem coege-
» rim, magnum mehercule virum, sed tamen Graecum, cuius acumen nimis tenue
» retunditur, et in se saepe replicatur; etiam quum agere aliquid videtur pungit, non
» perforat. Hoc vero quod acumen est? ».

Cur autem Seneca ipse de Philodemo tacuerit, cuius sane opus ignorare non debuit, incertum est. Num quod ille Epicureus? num quod parum apte ad suam mentem loquutus? num ne cui videretur illum exuisse, eiusque se pennis exornasse? Sed hisce omissis, quae ne probabili quidem coniecturae viam praebent, ad ipsum Philodemum adcedamus, si modo monebimus, multa et in hoc, et in eo, quod sequitur, volumine librarium peccasse, quae per nos in exscribendis singulis paginis castigata mox in Scholiis notantur; tum secus, ac in ceteris huc usque editis, versus in utroque hoc ipso volumine non ab uniuscuiusque pagellae initio, sed ab eo, unde coepit supplementum, numerari. Saepe enim primi versus, interdum etiam extremi maxi-

mam partem mutili, ac incerti nullam nobis sententiam suppeditabant; quos quidem relinquere satius duximus, quam exscribere, atque illustrare. Quum vero aliqua nobis spes fuit posse ex iis quidpiam haud prorsus spernendum elici, tam nec piaculum rati sumus quaedam de nostro addere in ipso scilicet pagellae initio, qualia certe, aut saltem his similia superioris pagellae versibus inerant, qui nunc deperiere. Quod autem ad punctorum rationem deficientes versiculos notantium vel primis, vel extremis oris paginarum, si quid minus exacte signatum est, et ea, et cetera eiusdem generis ex eorum numero esse putes, quibus vel severissimis ipsis iudicibus nulla religio sit ignoscere.



ΠΑ
Ν Η
ΛΙΔϹΞΗΜΩ Ν
ΒΙΟΝϹΥΝΧΕΟΥϹΑΙΟΥΔΕΙ
ΠΑΙ ΙΑΝΕΝΔΟΞΟϹΠΙΟΥ
ΠΕΡ ΕΩϹΑΛΛΟΥΧΕ
ΘΕΡΟΤΗϹΕΤΙΚΑ ΥΝ
ΕΙΠΑΡΑΧΑΡΙϹΤΟϹΟΥΔΙΕ
ΚΕΙΝ ΝΔΕΠΤ ϹΗ ΟϹΕΓΕ
ΝΗΘ ϹΕΙΠΕ ΕΤ ΗΘΗϹ
ΠΡΟΤΕΡ ϹΕΔΟΞΑ
ΠΩΠΟΤΩΝΗϹΕΝ
Ο ΤΑΠΑΡΕΝΕ
Χ ΜΕΘΑϹΑ
ϹΥ

COL. I.

Car. Oraz. dis. *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA I.

. . . . μηδεμιαι πα-
ιυ μεν εισιν κακιαι, αι τη
αι δ' εξ ἡμων παντα τον
βιον συνχεουσαι · ουδ' ει
παιδει' αν ενδοξος τι ου
περι φυσεως; αλλ' ουχ ε-
τεροτης; ετι κ.. νυν
ει παραχαριστος; ου δι' ε-
κεινην δ' επισημος εγε-
νηθης; ειπερ επ..ηθης
δε ου προτερως, εδοξα,
ὁτ' αν πωποτ' ωνησεν . . . .

. . . . nulla omnino sunt vitia, quae totam vitam perturbant, nisi nostra culpa: neque, si institutio praeclara fuerit, naturam ullo modo adfecit? nulla ne prorsus diversitas? etiam nunc ingratus es? neque vero illius (*praeclarae institutionis*) vi insignis (*virtute*) effectus es? si quidem (*talis*) effectus es, non autem ante illam, puto, quod ea tibi aliquando profuit . . . .

SCHOLIA IN COL. I.

Vers. 4. et seq. ουδ' ει παιδει' αν ενδοξος etc. Philodemi, ni fallimur, in hac pagella mens est, egregiam institutionem naturam adficere posse, ingratoque ad virtutem prodesse.

Vers. 8. παραχαριστος etc. Novum omnino vocabulum lexicis attexendum, vel ipsis recentioribus, quae eo carent. Nos vi προσθεσεως, quae in deteriorem plerumque partem sumitur, insistentes, idem, atque αχαριστος esse putamus.

Vers. 9. et seq. επισημος εγεννηθης etc. Επισημος opponitur τω ασημω tam proprie, quam metaphorice: hac altera significatione *insignis*, *nobilis*, *illustris* notat. Sic Herodotus *II. XXVI.* Ἑλληνων τινες επισημοι βουλομενοι γενεσθαι σοφιην. *Quum Graeci quidam velint insignes esse sapientia.* Hunc autem locum idcirco prae ceteris selegimus, quod habet nimirum επισημος γενεσθαι, ut nostra papyrus. Porro quamvis nil heic addatur τω επισημω, ipse rerum contextus postulat, ut subaudiatur την αρετην, vel si quid simile.



ϹΟΧ
ΑΠΟΛΛΟ Ν ϹΠΣ
Η Λ ѠΤΑϹΥΠΕΙ
ΝΤΑ ΗΤΙ ΝΕΞѠΡΕ
ΝΑΓΑΘ ΤΙΠΕΡΙΤ
ΝΤΑϹΕΙ ΙΜΑΝΚ Ε
Π Ѡ ΕΓΑΜΟϹ ΤΑΛ
ΤΟΥϹ ΣΑ ΚΕ
ΠΕΡΙΟΙ ΜΕΝѠΝ
Ο ΤΑ
ΝΟΥ ΔΕ
ΦѠ ΣΙΕ Ν
ΤΑΒΡΑΔΕ ΡΟΑ ΟΥ
ΜΕΝΟΥϹΤΟΝ ΗΤ
ΟΝѠϹΕ
ΤΙ ΤΑΚ
ΡΗΤ
ΑΦΑΙΡ

COL. II.

Car. Orazj dis *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA II.

. . . . πολλοὶ, οἷς ἐγὼ οὐκ ἐπαινῶ τὰς ὑπερβαλλούσας διδόντας, ἢ τι τῶν ἔξω ῥεόντων, ἀγαθόν τι περιττὸν διδόντας . . . .

. . . . multi, quos quidem iam non probo, qui exsuperantia modum dant, vel effluentia quaedam, bonum (*nempe*) aliquod supervacaneum dant. . . . . . .

SCHOLIA IN COL. II.

Vers. 1. et seqq. πολλοι, ὡς πιρ ουκ ηδη αιτω etc. Vix haec paucula huiusce pagellae verba certam aliquam sententiam dare possunt: adeo reliqua omnis hiatibus scatet. Quantum autem coniicere licet, eos reprehendit Philodemus, qui vel modum omnem in dando excedunt, vel supervacua quaedam, sibique inutilia largiuntur. Ad hanc nos sententiam traxere tum τας ὑπερβολας δοντας *vers.* 2. et 3. tum τι των εξω ρεοντων, αγαθου τι περιττον δοντας *vers. 3. 4. 5.* Etenim τας ὑπερβολας (nempe αγαθων) δουναι, si vim verborum retinemus, est *excessum bonorum dare*, sive excedentia modum dare: τι των εξω ρεοντων, αγαθου τι περιττον δουναι est *effluentia, et redundantia dare*; ubi in τῳ εξω ρεοντων pulchram sane metaphoram vides: illud autem αγαθου τι περιττον quamdam veluti explanationem των εξω ρεοντων putarem; quod enim redundat, effluit iuxta illud Horatii *Art. Poetic. vers. 337.*

Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Iam vero, ni fallimur, in altera huiusce sententiae parte prodigi, in altera avari perstringuntur: siquidem τας ὑπερβολας δοντες prodigi, τι των εξω ρεοντων, αγαθου τι περιττον δοντες quodammodo avari sunt; ea enim tantummodo dant, quae supervacanea ipsis sunt, quibusque facile carere possunt; quod causa ingrati animi in primis esse solet. Seneca *de Benefic. Libr. II Cap. XXVI. et seqq.* Utrumque certe vitium est, beneficentiae adversum. Vide Aristotelem *Nicomach. Libr. IV. Cap. I. II. III.* Ciceronem *de Offic. Libr. II. Cap. XV. XXI. XXVI.*



ΟΥ
ΛΑΚ ΕΝΟϹΕ
ΤΡΑΝΥΓ ΚΕΙΟΤΕ
ΧΟ ΠΕ Λ ΙΠΡΟ
ΤΑ ΑΓ ΙΑΔΑΛΛΟΥ
ΜΗΝ ΗϹ ΓΕΝΕΤ
ΠΡ ΠΑΡΑΠΛΗϹΙΑ
ΤΟΙ ΝΠ ΥΧΙΤΟΝ
ΤΗ ΕΙΛΕΙ
ΝΤΗϹΑΠΑϹΗϹ
ΕΠΕΙΚΑΙΔΙ ΜΠΟ
ΡΓΙΑϹΚΑΙΤΙ
ϹΥ ΝΕΡΓΑϹΙΩΝ
ΤΗϹΤΟΙΠΛΟΥΤΗϹΑ
ΕΠΙ ΛΕ
ΑΙΤΕ ΑΝΘΡΩ
Ω ΑΧΑ

COL. III

Car. Orazj dis — Gu. Corazza inc

COLUMNA III.

. . . .
. . . .
αγ[ρ]ια δ' αλλ' ουχ, ως
μεν [φη]ς, εγενετο τοις
ηρεμοις παραπλησια· και
τοι [κ]αι ηρεμα δ' ουχι τον γ' αι-
τησει λειας χαλεπης
δν της απασης πονον· τα
ρεσει και δε μετο[χ]της
της αργιας, και τινι μεν
συ των εργασιων δοτης
της τοι πλουτησαςης
γης . . . .

. . . .
. . . .
Ferae autem belluae non, ut quidem fateris, natura factae sunt mansuetis similes. Et quidem mansuetae non postulant laborem praedandi, (*eas*) quae difficilis tota praeda est; postquam autem ab inertia coercueris, et addixeris alicui operi divitis terrae . . . . .

SCHOLIA IN COL. III.

Vers. 3. αγρια δ' αλλ' ουχ, ὡς μην φης etc. Narrare heic videtur Auctor, quae sit διαφορα inter feras, ac mansuetas bellnas; quam vero ad rem, per frequentes hiatus summa praesertim, atque ima pagina adfirmare non possumus.

Vers. 5. πρᾳοις etc. Hanc a nobis vocem sententia ipsa expressit. Graeci enim αγρια τοις πρᾳοις opponunt, ut Latini cicuribus feras.

Vers. 15. γης etc. Hanc quoque voculam ipse rerum contextus postulare visus est, ubi notandum πλουτηρασης extremo versu superiori, pulcherrimum sane telluris επιθετον, quae immensas omne genus opes suo recondit in sinu.



Κ
ΤϹ Α
ΗΧΑΡΙϹ ΕΝΜΑΛ
ΛΟΝΔΕ ΧΕΙΔΕΝΕΤΙ ΑΝ
ΤΙΠΡΑΓΜΑΤΙΚΑΙ ϹΙ
ΑΚΑΤΑΡΕ ϹΤΟΝ ΡΙ
ΚΑΙΔΙΑΛΛΩΝΕϹ ΤΕ
ΗΝΕΩ Ε ΚΑΙΜΗΝΟΙ
ΓΕΤΩΙΠΑϹΙΝΔ Λ
Ϲ Ν Α ΤΟΙϹ
ΚΑΙΜΗΠ ΙΝΟΜΕΝ
Κ ΝΕΙΜΗ ΝΕϹΤΑϹ
ΑΧΑΡΙϹΤΟΥ
ΦΥϹ ΖΟΝΤ
ΑΛΛΑϹ ΟΥΓΑΡϹΚ
ΤΩΝΤΑΙΑΝΩΦΕΛ
ΓΕΓΟΝΕΝΑΛΛΑϹΚΑ
ΕΧ ΝΔΟΚ
ΔΕ ΕΝ
Λ

COL. IV

Car. Orazi dis. *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA IV.

. . . . . και ἡ χαρις τι μεν μαλλον δ' ειχ' ειδεν εστι παντι πραγματι, και τως ιστα κατ' αριστας, τ' ον κριτεον και δι' αλλων εσ. τε μην ιων δε · Και μην οι γε τω πασιν δηλοι γενεσθαι, δοκουσιν και τοις και μηπ φαινομενοι, και ει μηδενες τας ψυχας αχαριστ τη μεξ φυσει οζοντι. ψευδοσ αν αλλας, (του γαρ σκοπου αποπταιονται, ανωφελες τ' αν γεγονεν) αλλ' εκαστος ιδιαν εχειν δοκει ιδιαν φυσιν . . . .

. . . . et quid profecto gratia magis (*quam cetera*) habuit, vidit in omni re, et quae sunt aequalia secundum virtutes, et quod prae aliis seligendum, vidit quidem, sed omisit. Verumtamen quum (*ingrati*) omnibus noti sint, sibi ipsi videntur haud adparere tales; etiamsi nemo eorum, qui ingratum animum natura olet, mentiri possit alium, (scopo enim aberrat, et inutilo id evaserit) sed unusquisque proprium prae se fert ingenium . .

SCHOLIA IN COL. IV.

Vers. 6. et seq. Και μην δι γε etc. Quum quae praecedunt verba certam nobis sententiam dare nequeant, deficientibus superioribus versiculis, hinc auspicabimur interpretationem nostram. Quantum igitur hariolari licet, videtur sibi velle Philodemus, ingratos, quum noti sint omnibus mortalibus, sibi ipsos aliquando blandiri, nec tales esse putare.

Vers. 12. οζοντες etc. Nullum aptius verbum occurrere potuit, quodque perficiendae sententiae adprime sit consonum: το οζειν enim eodem plane sensu, ac latinum *olere* usurpatum a Graecis est, eademque, ut dicitur, constructione. Igitur οζειν τη φυσει τας αχαριστους ψυχας elegantissimus dicendi modus haberi potest pro eo, quod pari elegantia Latini dicunt *ingratos animos natura olere;* quae quidem peropposita translatio est ad ingratos natura ipsa sua factos exprimendos.

Vers. 13. et 14. του γαρ σκοπου απατωνται etc. Απατασθαι του σκοπου idem prorsus esse remur, ac σφαλλεσθαι του σκοπου, vel ουκ εχειν σκοπον, quod eodem sensu saepius dixere Graeci. Iam id arguit Noster, neminem, qui ingratum animum natura ipse sua oleat, mentiri alium posse, quum id adsequi nullo modo queat, proprio cuiusque ingenio ex se patente. Id, ni fallimur, extrema pagellae verba indicare videntur.



ΝΕϹΙΔΙΟΤΙ
ΔΙΑΤ
ΤΙΤΟΥϹΛ
ΩΙΔΙΑΤ ΟΥ
Π ΑΠΟ
ΩϹ ΡΗΔΥϹ
ΕΝ ϹΥΝΗ ΩΙΜΟΙ
ΧΑ ΛΟ ΝΟΙΝ
ΓΤΕ ΛΙΑϹΟ
ΝΟΜΙΜΗϹ
ΩϹΘ ΝΩΝΑΚΟΥ
ΛΙ ΙΑΡΟΡΩΙ
ΟΝ ΠΔΕΚΑ
ΘΑΜΕΝΟϹΕΥΝΟΕΙΘΗ
ΙΑΓ ΡΕΙ ΕΤΟΚΑΙ
ΠΑϹ Λ
ΤΕΤΑϹ ΜΕΝ

COL. V

Car. Orazj dis. *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA V.

. . . . ουχ' ὥσπερ ἡδυσμενοι γε συνηθεις, ω μοι, αχαριτες ὅλαι μεν, οἱ νυν ὥστε μιαινουσι φιλιας ορον αυτης της νομιμης· ὅλως δ᾽ αμενων ακουω και αντιον αρ᾽ ορφω τι δε ον αυτης. Διο δε και καθα μεν ὁς ευνου . . . .

. . . .
. . . . . . non tamquam dulces sodales; heu me! insuaves toti quidem sunt, qui nunc tamquam polluunt iustae amicitiae finem: omnino eos audio pouere aliquid, quod est certe contrarium eius fini. Quamobrem quemadmodum qui benevolus est. . . . .

SCHOLIA IN COL. V.

Vers. 3. αχαριτες etc. Hanc nobis vocem optare libuit, veluti αντικειμενην ἡδυσμενοι prioris versus; ut enim ἡδυσμενος est *suavis*, vel *suavitate conditus*, sic αχαρις *venustatis*, *ac iucunditatis expers.* Quod si spatium haud satis tibi videtur ad το *M* excipiendum in ηδυσμενοι *vers.* ι. 2. tum mutabis ἡδυσμενοι cum ἡδυσθεντες, sublato γε, duriuscule quidem, sed necessario. Vult igitur Philodemus, non tamquam dulces sodales, sed iniucundos totos esse, atque insuaves, qui iustae amicitiae finem polluunt: ω μοι, addita commiserationis exclamatio vim rei auget. Qui vero hi sint, decernere non licet in miserae pagellae fragmento: fortasse ingratos ipsos intelligit, qui dictis, factisque verae amicitiae finem sus deque habent.

Vers. 5. νομιμης etc. Νομιμη φιλια nil aliud est, quum *legitima*, *iusta*, *consentanea legibus amicitia;* quae vera amicitia est. Notandum autem heic potissimum se dat το νομιμη: nam hactenus rara admodum exempla sunt huiusce generis feminini; potius το νομιμος utroque genere efferri solitum. Iam ex paucis hisce satis liquet recte de amicitia sensisse Philodemum contra communem Epicureorum mentem, qui, ut cetera, sic amicitiam utilitate metiebantur.



ϹΙΝΑΠΑΝ
ΤΑ ΒΡΑ ΕΥΕΙ
ΤΟΙ Τ ϹΚΑΙΒΗΘΗϹΕΥ
ΩϹΔΙΑΥΤΟΝΑΠΑΝ
ΤΑΠΟΙϹ ΤΩΝΑΛΛΩΝ
ΕΚΑϹΤ ΟΡΟ ΗΝΔΙΑΤΟΥ
ΤΑΧ ΤΕϹ
ΑΛΛϹ ΤΟΔΕΧ ΩΝ
ΑΝΤΙΤΑϹΑΛΛΑϹ
ϹΗΧΑΡΙΝ ϹΙΚΑΝΑΦΩΝΑ
ΤΙΝ ΔΕΠΕ
ΕΧ ΩϹΔΕ ΔΙΜ ΟΥϹ
ΟΥΚΕΧΩΧΑ ΩΦΕΛΟ
ΤΑ ΟΙΤΟΜΕΝ
ΛΕΓΕϹΘΑΙ
Ο ΤΟϹΗ
ΗϹ ΑΝΑ
ΕϹ

COL. VI.

Car. Orazj dis. *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA VI.

. . . . ει δι' αυτους
ιυ μεν ποιουσιν απαν-
τα, ουδεις ου βραβευει
τοις τουτοις· Και δη ὁτης ω
ει πως δι' αυτον απαν-
τα ποιει, ει και των αλλων
ιχαστοι, ορον μην δια του
ταχεως ιχουσι παντες·
Αλλ' ει το δε χαριτων
αν τι, τας αλλας αν ευρη-
ση, χαριν ὁς ιχαν' αφ' ων α-
ποδω τιν' ουδε πειρασας
ιχει; ὡς δε μεδιμνους
ουκ ιχω χαριν. . . . .

. . . . si quantum in ipsis est, recte omnia praestant, nemo certe non praemium ipsis solvit. Et quidem si recte mercenarius, quantum in ipso est, omnia faciat, si qui alii itidem, omnes hi profecto statim metam adsequuntur. At si quid gratiarum (*invenit*) numne alias invenerit is, qui ne ea quidem, quae satis sunt ad referendam aliquam gratiam conatus sit? non ut medimnos habeo gratiam . . .

SCHOLIA IN COL. VI.

Vers. 3. βραβιωι etc. In hac pagella contendere videtur Auctor, eum, qui pro suis viribus quaecumque praestanda ab ipsomet sint recte praestet, dignum praemio esse, (id enim sibi vult βραβευειν, *praemium* nempe *certaminis*, tum *quodcumque praemium tribuere*) laudatque exempla mercenarii, aliorumque omnia, quantum in ipsis est, recte exsequentium, quos constitutum sibi finem iure nancisci adfirmat, laboris nempe, ac diligentiae suae praemium. Ex eo autem illud infert ad rem suam, non posse alias gratias consequi, si quid unquam gratiarum antehac adeptus sit, eum, qui ne ea quidem, quae satis sint ad referendam aliquam gratiam tentaverit.

Vers. 4. *και δη* (non βη, ut male in αυτογραφω) θης etc. θητα dixere Graeci quem nos *mercenarium* vocamus, qui nempe mercedis causa operam locat. Porro huiusmodi genus hominum erat infimae sortis apud Athenienses, ut proletarii, et capite censi apud Romanos. Aristoteles *Polit. Libr. III. Cap. III.* medios eos statuit inter δουλους, ac βαναυσους. Plutarchus *in Solon. Cap. XVIII.* eos ait ex Solonis instituto ουδεμιαν αρχην αρχειν, αλλα τω συνεκκλησιαζειν, και δικαζειν μονον μετεχειν της πολιτειας: *nullum magistratum gerere, sed tantum publicis concionibus, ac iudiciis interesse.* Homerus vero θητα vocat *famulum*, seu *ministrum mercenarium Odyss. IV. 644.*

Ην δ' αυτω θητες τε, δμωες τε:
Erant illi famulique, servique.

Scholiastae θητας adcipiunt τους επι μισθω δουλευοντας, qui *mercedis causa serviunt*, nempe ob inopiam, quum alioqui ingenui sint, ac liberi. Sic Pollux *Libr. III. Cap. LXXXII.* scribit πελατας, et θητας esse ελευθερων ονοματα δια πενιαν αργυριω δουλευοντας, *liberorum hominum nomina, qui ob inopiam argento serviunt.* Atque hoc quidem sensu adhibitam a Philodemo hanc vocem remur.

Vers. 7. μην. Quamqoam spatium non satis esse videtur ad το μ excipiendum post ν in ορον, μην tamen omnino ponendum est, quum saepe in hac papyro desint litterae neglegentia librarii praetermissae. Sic vers. 11. 12. ευρηση pro ευρησῃ scriptum.

Vers. 13. μεδιμνους etc. Ita quidem legendum duximus, quum nec certior, nec aptior vox suppeteret. Μεδιμνους autem itidem *medimnos* reddidimus, Ciceronem secuti, qui illud verbum iure Latii donavit. *V. in Verr. Cap. XLVII. In iugere Leontini agri medimnum fere* tritici *seritur:* mox ibid. *Quot iugera sunt, totidem medimna.* Nepos etiam in *Attic. Cap. II. Universos frumento donavit; ita ut singulis modii sex tritici darentur, qui modus mensurae* medimnus *Athenis vocatur.* Atque in hoc quidem loco μεδιμνος sex modios aequare videtur, qui μεδιμνος Αττικος fortasse fuit: plerique enim μεδιμνον ipsum μοδιον exponunt. Hesychius in Μεδιμναιος. Vide Suidam in hac voce. Nota eius mensurae fuit *M.* Plutarchus *Moral. pag. 416.* Hesiodus apud *Stob. XIV. pag. 642.* Iam vero nulli dubium, quin μεδιμνος communi mensurarum sensu adhibitus heic a Philodemo sit, quamquam per imaginem, ac similitudinem.



ΑΙ ΟΙ
ΤΟΥϹΙ ΗΜΕΝΟΥϹ
ΝΚΗΝ ΛΑΠΤΕ ΤΟ
ΔΕΤΙΑΡΑ ΠΕΡΙΤΤΟΙΟΥ
ΤΑΙΤΟ ΜΕΝΟΥϹ
Τ ΕΠΕΙ ΛΟΥϹ ΚΑ.
ΑΡΧ ΖΕϹΘΑΙ ΚΑΙ ΜΑΙ
ΤΡΟΝ ΑΛΛ ΑΥ ΒΕ
ΕΚΟΛΟΥ
ΑϹΚΑΙΔΙΠ
Κ ΘΩ ΧΕΙ Ε Ι
ϹΑΡ ΜΕ ΟΝ
ΑΝΑΙΤΙ ΧΟΛΑΖ Ν
ΤΕΛ Ν ΠΕ
ΑΛΛ

COL. VII.

Car. Orazi dis *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA VII.

. . . . . νομιζοντες και αυτοι
γε τους κεκτημενους
την κηλησιν αστειν, το
δε παραπαν περιποιου-
νται τους κεκτημενους
ουτως γε και φιλους· και
γαρ χρηματιζεσθαι μαι-
τεον, αλλ' ει τις αυ α ελαβε
δ' εκολουει χρηματα . . . .

. . . . .existimantes hi quidem, quod divites mulcedo assentationis devinciat, hac prorsus ratione divitum amicitiam sibi demerentur. Etenim divitiis abundare optabilis res est, sed si quis rursus ea, quae accepit, imminuit bona etc. . . .

SCHOLIA IN COL. VII.

Vers. 2. τους κεκτημενους etc. Quamvis κεκτημενος absolute positus *possessor*, sive *dominus* sit, nos tamen τους κεκτημενους heic vertimus *divites*, quasi κεκτημενους τα χρηματα *bonorum possessores*.

Vers. 3. την κηλησιν απτειν etc. Κηλησις proprie est *actio ipsa demulcendi aures dulcibus alloquiis*; quod quum assentatorum maxime sit, nos hanc aurium delinitionem ad eos retulimus, interpretatique sumus *mulcedinem assentationis*. Id enim putamus hisce versiculis indicare velle Philodemum, ex eo scilicet, quod divites homines, et copiosi adulantium lenociniis capi soleant, hoc illos modo in eorum amicitiam irrepere. Commode Horatius de divitibus poetis loquens *Art. poet. vers. 419*.

Ut praeco od merces turbam qui cogit emendas,
Assentatores iubet ad lucrum ire poeta,
Dives agris, dives positis in foenore nummis:
Si vero est, unctum qui recte ponere possit,
Et spondere levi pro paupere, et eripere atris
Litibus implicitum, mirabor, si sciet inter
Noscere mendacem, verumque beatus amicum.

Notum quoque illud Tullii *De Amicit. Cap. XXVI. Assentatio nemini nocere potest, nisi qui eam recipit, atque ea delectatur;* quod potentes, ac divites plerique faciunt. Ad id exprimendum commodo satis verbo utitur Philodemus, nempe τω απτειν, quod idem est, ac δειν, ut Plato loquitur in Cratyl. το απτειν, και δειν ταυτον εστι: *Idem est* απτειν, et δειν; scilicet *nectere*, *ligare*. Ceterum aliter et legi, et reddi hic locus potest, non dissimili tamen sententia, nimirum κεκτημενους την κηλησιν λαπτειν, *divites lambere illecebram assentationis*, sive *pleno hiatu eam sorbere*, praeclara quidem metaphora, ducta a more bibendi canum, leporum, et animantium των καρχαρων. Eustathius Il. *pag. 68.* Scholiastes Aristophan. *Nub. 51.* Hesychius λαψαι interpretatur τη γλωσση πιειν *lingua bibere*. Est autem verbum πεποιημενον, ex genere scilicet factitiorum, quae imitatione rem exprimunt; cuius inventio Homero tribuitur Iliad. *XVI, vers. 160.* de lupis praeda satiatis

..... απο κρηνης μελανυδρου
Λαψοντες γλωσσησιν αραιησιν μελαν ὕδωρ
..... *E fonte satis nigro*
Hausturi linguis raris nigram aquam.

Vide Dacier *Remarques Critiques sur les Oeuvres d' Horace Tom. X. pag. 119.* Quid vero si καπτειν leges? habebis tum quidem non minus insignem metaphoram; nam καπτειν Eustathius duobus in locis exponit simpliciter εσθιειν *comedere*, in uno vero χανδον εσθιειν *ore hiante comedere*, sive *avide comedere*, atque, ut explicat Budaeus *pag 76*, *mordicus petere*, *ore hiante rapere*. Utrumvis libeat sumas: idem enim diversa metaphora declaratur, et quidem εμφατικωτατως.

Vers. 7. μαιτεον. Rara quidem apud Graecos scriptores, sed optimae tamen notae vox: oritur enim a μαιομαι *cupio*, quo saepe, atque eleganter utuntur iidem. Sententiam vero ita conformandam duximus: Και γαρ χρηματιζεσθαι μαιτεον: *divitiis abundare optabilis res est*; quae tamen ipsa sententia compleri non potest abrupta lacunis, quae sequuntur.



ΗCΕΥΧΑ
ΡΙCΤΙ ΝΔC ΦΑΙΝΕΤΑΙ
ΔΙΑΦ ΡΑCΚΑΝΗΜΑC
ΕΥΜ ΛΟCΟΦ[ΙΟ]ΙΑΙΠΡΟC
ΕΡΙΟΥΚΑΝΑΠΟCΑ
ΟCΠΕΙΘΕ
ΗCΑΜΕΝΟΝ
ΑΥΤΗC

CΤΟΥ
ΤΑΝΤΕC
ΝΗΓΩΝ
ΑΝΤΙΛΟ
CΑΝΤΕC
ΙΔΕΥΕCΘΑΙ
ΟΡΤ
ΙΔΘΘΗΤ
Ν ΗΤΗ
ΙΝ

COL. VIII

Car: Orazj dis: *Vin. Corazza inc:*

COLUMNA VIII.

. . . . καὶ προς αχαριστιαν της ευχαριστιας αν δε τις φαινεται διαφορ' εωρας, καν ημας εν μεν φιλοσοφια προς ειδειν περι ου, καν απο σαφηνειας προς πειθειν, παν το παραστησαμενον την φυσιν αυτης αποδειχθαι αν ειπης . . . .

. . . . et grati ab ingrato animo quae adpareat differentia adspexisti, sive nos philosophice, quod pertinet ad videndum, de quo disseritur, sive perspicue, quod pertinet ad persuadendum, quidquid exhibeat eius naturam satis quidem ostendissè dixeris. . . . .

SCHOLIA IN COL. VIII.

Vers. 1. 2. *και προς αχαριστιαν* etc. Hoc nobis supplementum contextus ipse sermonis exhibuit. Ceterum nihil satis notandum in hoc fragmento, ubi omnia ex se fluunt.

Vers. 5. *Φιλοσοφια προς ειδειν.* Φιλοσοφια heic *επιρρηματικως* positum autumamus pro *philosophice*, velut *φυσει* pro *naturaliter.* Si vero pro *ειδειν* mavis *γνωναι*, vel si quid simile, non obluctamur. Quod autem ad *περι ου* vers. 6. supple ὁ λογος *εστι*, *de quo* nempe *disseritur*, vel *tractatur*, i. e. sermonis, vel disputationis argumentum.

Vers. 6. et seq. *σαφηνειας* etc. Sic profecto supplere libuit, quum nullum aptius verbum in re praesenti succurrerit. *Απο σαφηνειας* autem etiam *επιρρηματικως* interpretandum est *perspicue*: *σαφηνεια* enim, *perspicuitas sermonis* inter praecipuas eloquentiae virtutes ab Aristotele, ceterisque Rhetoribus adnumeratur, quae plurimum et ad illustrandum, et ad persuadendum valet. Si autem *την σαφηνειαν* per *συνεκδοχην* ipsam eloquentiam intelliges, partem pro toto, eadem sententia erit, fortasse etiam commodior; philosophia enim intelligimus, eloquentia persuademus. Cetera, quae addidimus e penu nostro, ipsa res trahere videtur.



ΝΩΝΔΙΑ
ΗΚΟΥϹ ΑΝ
ΑΙΕ ΦΡΑΔΕ
ΤΟΝΑΥΤ ΕΙΝΟΥΧΙ
ΠΡΟϹ ΤΟΥΔΕΙ ΜΟΥϹ
ΚΑΤΟΠΑΕΙϹΤ ΠΑΖΟ
ΜΕΝΟΥΚΑΙΔΙΟΤΙΤΗΝΔΥ
ΝΑΜΙΝΗΜ ΠΕΡ Ε
ΚΕΝΑΦΗϹ ΙΤΕΓΕΝ
ΜΕΘΑΚΑΤΑ ΛΕΥΔΟΝ
ΟΥΧΑΡΙϹΤΟΝΤΟΝ ΑΥ
ΜΑΛΛΟΝ ΑΧΑ
ΡΙϹΤΟΝΤΕ ΙΗ Υ
Ε ΤΑΙϹ ΙΔΗΠΟΝΗΡΟϹ
ΗΧ ΝΩϹΔΕΝΕΙΟΝΑΠΟ
ΔΟΝΤΑϹ ΜΙΖΟΜΕΝ
ΟΤΙ ΝΚ ΤΑΥ
ΔΕΤ Ϲ
ΚΑ Ρ
ΑΥΤΩΝ
ΚΥΝΕΡ
ΟΥΤΟΠ

COL. IX

Cav. Orazj dis. Vinc. Corazza inc.

COLUMNA IX.

. . . . ευχαριστον πειρασθαι ευ αρα δε τον αυτον ποιειν ουχι προς του δει νομους και το πλειστον ασπαζομενου; Και διοτι την δυναμιν ἡμιν περιεθηκεν, αφ' ἡς χαριτ' εγενομεθα, κατα τα ευ δοντες ευχαριστον τον μεν αυτον μαλλον, η τον αχαριστον παρεξομεν δη, ὡς ευ ειρηται ὁ ηδη πονηρος εχων · ὡς δανειον αποδοντας νομιζομεν το τινα τοκον κατ' αυτο αποφερειν . . . .

. . . . nonne gratum ipsum reddere omni ope teutandum ab eo est, qui leges plurimum amat? Quando igitur (*natura*) vim nobis tribuit, qua ad gratiam (*conferendam*) facti sumus, iuxta haec recte dantes gratum ipsum quidem potius, quam ingratum (*nobis*) parabimus, quem recte iam a nobis dictum est improbum esse: ut qui mutuum reddunt putamus foenus aliquod pro ipso adferre . . . .

SCHOLIA IN COL. IX.

Vers. 5. Και reponendum pro κα, quod est in αυτογραφῳ. Porro ασπαζεσθαι νομους *amplecti leges*, vel *amare leges* de eo dictum putamus, qui iustus, ac bonus est.

Vers. 6 et seq. Και διοτι την δυναμιν ἡμιν περιτεθηκεν etc. Natura scilicet, quae nobis quamdam vim ingeneravit, ut benigni, ac liberales simus.

Vers. 10. ευχαριστον corrigendum pro ουχαριστον, quod habet papyrus.

Vers. 14. εχων. In αυτογραφῳ scriptum est ηχων; nos mutandum censuimus cum εχων, ubi hoc ipsum εχων abundat, ut παιζεις εχων, ληρεις εχων, et sexcenta huiusmodi, quae veneres dicendi sunt, praesertim Atticis.

Eodem vers. et seqq. ὡς δανειον αποδοντας νομιζομεν το τινα τοκον etc. Δανειον, και τοκον distinguit Aristophanis Scholiastes *Nub. 34.* ου του δανειου χαριν, αλλα του τοκου, ubi δανειον *sortem*, το αρχαιον; τοκον *foenus* intelligit, id nimirum, quod mercedis gratia pro sorte penditur. Ea de re τοκον supplendo addidimus, ut hoc ipsum, quod fortasse voluit Philodemus, indicaremus. Iam αποδουναι δανειον, dictum est ab Aristotele *Ethic. IX. Cap. II.* ὡσπερ δανειον ᾡ οφειλει αποδοτεον μαλλον, η ἑτερῳ δοτεον: *Sicut mutuum reddendum est ei potius, cui debetur, quam alteri dandum.* Hinc δανειζεσθαι επι τοκῳ, vel ut apud Demosthenem Olynt. I. επι μεγαλοις τοκοις *mutuari pecuniam magno reddendam foenore.* At is, cuius est pecunia, dicitur apud Matthaeum *XXV. vers. 27.* κομισασθαι συν τοκῳ, et apud Lucam *XIX. vers. 23* πραξασθαι συν τοκῳ. Denique non uno in loco gratiam pecuniae adsimilat Cicero, etsi non eadem, qua Philodemus, sententia. Sic *Libr. II. de Offic. Cap. XX. Commode autem quicumque dixit, pecuniam qui habeat non reddidisse, et qui reddiderit, non habere; gratiam autem et qui retulerit habere, et qui habeat retulisse.* Tum in *Orat. pro Planc. Cap. XXVII. Dissimilis est pecuniae debitio, et gratiae: nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit, qui autem habet, is retinet aes alienum; gratiam autem, et qui refert, habet, et qui habet, eo ipso, quod habet, refert.* Denique in *Orat. post Redit. ad Quirit. Cap. IX. In officio persolvendo dissimilis ratio, ac pecuniae debitae est; propterea quod pecuniam, qui retinet, non dissolvit, qui reddidit, non habet; gratiam, et qui retulit, habet, et qui habet, dissolvit.*



ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ ΗΝ
ΠΩϹ ΝΦ
ΟϹΚΑΤ

ΩϹ ϹΟΜ
Ο ΛΛΜΗΜΑΤ
ΕΠΙΦΕΡΟΥΜΕΝΟΥΠΕΡΔΕ
ΤΩΝΠΕΡΙϹΤΑϹΕΙϹΑΙΤΙϹ
ΜΕΝΩΝΕΙΜΕΝΕΜΦΑ
ϹΙΝΤΟΤΕΦΙΛΙϹΤΕ ΝΟΝΚΑΙ
ΤΟΠΡΟΘΗ ΟΥΠΕΡΙ
ΦΥΛΩΝ ΝΕΙΔΕ
ΜΗΠΕΡΙΤΟΙΟΥΤΩΝΟΥΔΕ
ΠΟΤΕϹΑ ΝΚΟΥ ΙϹ
ΑΔΥ ΑΜΑ Α
ΤΙΑΝΜΙϹ ΔΙΟΚΑ
ΡΑΘΕΠΟϹΑΝΟΙΔΟΥΤΕΙϹ
ΚΑΙΤΑϹΠΕΡΙϹΤΑϹΕΙϹΤΟ
ΒΑΛΛΟΜΕΝ
ΥΚΟΙΘΗΤΕϹ
ΗΧΑΡΙϹΤΟΝ
ϹΚΑΙ Κ
ΕϹ ΕΙΝΚΑ
ΟΙϹ

COL. X

Car. Orazj dis. *Vin: Corazza inc.*

COLUMNA X.

. . . . αλλα μη ματην εισφορουμεν, ου περ δε των περιστασεις αιτιωμενων· ει μεν εμφανουσιν, το τε φιλιστον ον, και το προθηστον σου περι φιλων δος αν μεν, ει δε μη περι τοιουτων, ουδεποτε σα τ' αν κουφα, οις αδυναμαι αφαιρειν αιτιαν μισους· Διο και παρα τ' επος αν οι δ' ουτ' εις και τας περιστασεις ψογους τους βαλλομεν. . . . . . .

. . . . sed ne (*nostra bona*) frustra in eos congeramus, qui nullas quidem causantur necessitates; si illas profecto manifesto ostendunt, tum quod maxime carum, et eximium est inter tibi cara dato; sin minus haec, nequaquam tua levia dato, quibus non possum demere causam odii. Itaque praeter propositum neque nos necessitates vituperamus . . . . . .

SCHOLIA IN COL. X.

Vers. 2. ιπιφοροιμεν. In αυτογραφῳ επιφεροιμεν, quod certe σφαλμα est, utique corrigendum. Επιφοροιμεν autem απο του επιφορειν, *aggerere*, vel *congerere* tam proprie, quam translate.

Vers. 3. et seq. των περιστασεις αιτιωμενων etc. Περιστασις, *circumstantia*, quae vox parum latina est; tum *necessitas*, sive *casus circumstans aliquem*, vel *necessitas circumstans*, ut passim lexicographi, quam nos heic interpretationem sequuti sumus: hinc αιτιασθαι τας περιστασεις idem est, ac *necessitates causari, sive causam, vel culpam in necessitates conicere.* Hisce positis, quid sibi velit haec pagina, satis liquet: docet nimirum Auctor, haud congerenda gratiae loco in eos bona, qui nullas adferunt necessitates, frustra enim tum erunt; at si qui diserte illas ostendant, (εμφανουσιν vers. 4) tum carissima quaeque inter cara, et eximia in primis tribuenda; sin minus haec, nunquam certe vilia danda, quae odii potius materia, quam grati animi esse solent.

Vers. 5. φιλιστον. Huiusmodi superlativum vel nullum, vel rarum est apud prorsae scriptores, pro quo illi potius το φιλτατον: sed non aliter heic legi posse videtur.

Vers. 6. προθηητον. Ita hanc vocem statuendam duximus, ut ut a lexicis et veteribus, et recentibus absit. Ceterum purae putae graecae originis ea est, nimirum a θηητον, quod *stupendum*, vel *admirandum* primo notat, tum idem quandoque, atque επιθυμιον, ut docet Hesychius. Quum igitur το φιλιστον posuisset Auctor, addidit maioris εμφασεως gratia το προθηητον, ut nempe το προ in θηητον idem efficeret, ac superlativum in τῳ φιλον.

Vers. 7. φιλων ponendum pro φυλων, quod habet papyrus.

Vers. 11. et 12. Παρα τ' επος non θ' επος, ut in αυτογραφῳ, quod nos *praeter propositum* reddidimus, ut ουδεν προς επος *nihil ad propositum* passim κατα παροιμιαν.



ΚΑ
Τ ΠΑΡΑΚΑΙ
ΛΕΒΗ ΑΝ ΕΥΕΛΕ
ΡΑΝΑΝΑΠ ΙΝΠΕΡΙ
ΠΟΙΗΣΑΝΤ ΣΙΝΑΜΗ
ΚΑΙΓΙΝΩΣΚ ΜΟΝΟΥΣΔΙΑ
ΤΟ ΡΗΣΑΜΕ ΟΥΤ ΕΠΟ
ΛΙΤΕΥΜΕ ΑΔΙΟΔΙ
ΜΕ ΑΜΕ ΝΩΝ
ΟΥΔΕ ΚΤ Ν
ΟΝΟΥΧΟΙΟΝ Φ ΛΩΝ
ΝΩΝΠΡΟΣΦ ΩΝΕΜΙΤΟ
ΔΙΖΟΝΤΩΝΕΙΧΑΡΙΣΤΑ
ΤΗΙ ΠΡΟΣΤΟΥΣΚΑΘ
Ε ΓΝΟΥΣ ΡΑ Η
ΗΠΟΙ ΡΗ ΜΕΙ Σ
ΩΦΕ ΔΕ
ΗΤΟΣ
ΣΕ

COL. XI

Car: Orazj dis: *Vin: Corazza inc.*

COLUMNA XI.

τον παρα καιρον εις αλλ' εβησαν ουκ ευ ελευθεραν αναπαυσιν περιποιησαντες τισιν, μη και γινωσκω μονους, δια το χρησαμενου τοις πεπολιτευμενοις δειν. διο δη μεταμελομενων, ου δε δοκει αν ανεκτον ον, ουχ οιον φιλων, μηδεν των προσωπων εμποδιζοντων ευχαριστα . . . .

importune quidem in diversa abierunt, haud recte liberum vitae otium aliquibus comparantes: non agnosco (*tamquam homines*) eos, qui sibi soli vivunt; unusquisque media in republica vivat oportet. Idcirco resipiscentibus iis, nec enim videtur (*hic eorum error*) ferri posse, nedum amicis, sed nullis prorsus hominibus impedientibus gratam beneficiorum memoriam . . . .

SCHOLIA IN COL. XI.

Vers. 1. et seqq. εις αλλ' εβησαν etc. Quosdam ex Epicuri schola videtur heic innuere Philodemus, qui pressim ad magistri sententiam privatae vitae otium, ac tranquillitatem publicarum rerum curis, molestiisque antevertebant. Notum enim illud Epicuri, sapientem ουδε πολιτευσεσθαι, ουδε τυραννευσειν, *neque ad rempublicam accessurum, neque principatum gesturum.* Laertius *Libr. X.* Quod si cui mirum fortasse fuerit, Epicureum hominem non eadem, atque Epicurum sentire, primum quidem respondebimus, hoc ipsum Epicuri dogma haud recte quosdam intellexisse, ut fuse ostendit Gassendus *Animad. in X. Libr. Diogen. Laert. Tom. II. pag. 14. et seq.* tum addemus saepe alibi Philodemum a magistri sententia deflexisse. Heic igitur ελευθεριαν αναπαυσιν περιποιησαντες τισιν dicti a Philodemo sunt qui procul a rebus publicis in libero vitae otio conquiescere suadent. His autem opponitur ab eodem ὁ χρησαμενος τοις πεπολιτευμενοις, qui nempe publicis muneribus utitur, et in media reipublicae luce vivit; quod is potissimum urget iis verbis *vers. 4. 5.* μη και γινωσκω μονους, *non agnosco eos, qui sibi soli vivant*, i. e. non puto homines esse vere dignos hoc nomine, qui tamquam a communi societate discissi suis unice rebus vacant.

Vers. 10. ουχ οιον φιλων etc. Ουχ οιον, vel μη οιον adhibuere Graeci pro *non modo non*, vel *tantum abest, ut*, quemadmodum saepe Latini. Vult igitur sibi Auctor, neminem, nedum amicos impedimento esse, quin debitam beneficiis gratiam quis reddat: ουχ οιον φιλων, μηδενων προσωπων εμποδιζοντων ευχαριστα.

Vers. 12. ευχαριστα, ut plane legitur in αυτογραφω, non ευχαριστα. Scriptoris enim hic error fuit.



ΘΑΙΤΩ ΚΑ
ΝΩΝ
ΤΗΝΧ ΡΙΝ
ΤΟϹΠΕΡΕΔ ΥϹΩ ΤΗϹ
ΑΠΑϹΑΝΤ ΠΕΙΟΝ ΝΟ
ϹΙΟΝΕΙΝΑ: ΝΑ ΔΩϹ Μ ΛΟ
ΥΓΗΤΟΝ ΜΕΝΤΟΙΓΕ Η
ΔΕΝΕΧ ΑΓΚΑΙΔΕ
ΜΟΝΟΝΤΑ ΕΝΟΦΕΙΛΕΙ
ΑΡΡΕΙϹ ΑΙΜΑΛΛΟΝ
ΚΑΙ ΡΑΚΩΡΩΝΠΕΡΙ Ε
ΟΤ ΝΑΦΕΡΕΙΝΑ
ΔΕΦΑΝΕΡΟΝΘΙΝ
ΑΜΕΤΕΧΕΙΝ ΝΕΚ
ΝΟΥΠΕΙΘ ΤΑ ΕΡΙΤ Ϲ
ΕΑΥΤΟΥΔΑ ΩϹ
ΚΑΤΑΠΑΝΤ ΙϹΤ
ΓΑΝΔΕΠΡ ΤΑΙΔΗ
ΙϹΜ Ε ΗΔ
ΝΩΝ
ΠΑΝΤΑ
ΟΥΤ

COL. ... XII

Car. Orazj dis. Vin. Corazzo inc

COLUMNA XII.

. . . . την χ[α]ριν
[ου]τος περ εδο[ξ]ε λυσων της
απασαν τιμ[ης], επει ου [ανο-
σιον ειναι [χ]ρην απ[α] δε ὡς μη [ευλο-
γητον. [Α] μεν τοι γε [μη-
δεν' εχ[ει π]ορ[ον], α[ν]αγκαι δε,
μονον τα [μεν οφειλει
θαρρειστ[αι μαλλον [π', η]
και [υπο]ραχωρων περι [ε'] ε-
αυτον [του] αναφερειν· α[λ-
λα] δε φανερον, τιν' [αν
τα μετεχειν των εκ[ει-
νου πειθ[ειν] τα [π]ερι της
ἑαυτου δ' αιτιας, ὡς [και]
κατα παν[τα], η πλειστ[α· με-
γ' αν δε πρ[ατ]τ[ε]ται δη
τις, μη μετ[ε]χων μηδ[ε-
νων [ὁλως], ει και τα [μεν]
παντα [τα πραχθ]ενθ' ὑπο
τουτ[ου πονηρα] εστιν . . . .

. . . . videtur hic quidem expoliaturus honore omnem gratiam, siquidem quod impium est, debebat profecto id esse nec tamquam laude dignum. Verumtamen quae nullam habent exitus viam, necessaria autem fato quodam sunt, haec tantummodo audacter potius subire oportet, quam sibimet referendo culpam in se transferre; illud tamen manifestum est, quod communicare quibusdam, quae ab illo (*improbo*) fiunt, suam ipsius culpam evincit, vel omni, vel plurima ex parte. Magnam autem rem efficit, qui nullis prorsus, quae aguntur ab eo, communicat, si omnia eius facta improba sunt . . . .

Vers. 3. τιμης. Hanc nobis voculam ipse dictavit rerum contextus; etenim λυειν την χαριν τιμης idem est, ac *expoliare gratiam honore*, seu *nullo honore dignam eam facere*; quod cum sequentibus adprime haeret; subditur enim ον ανοσιον ειναι χρην αρα δε ὡς μη ευλογητον, *quod impium est debebat profecto id esse nec tamquam laude dignum.* Atque heic animadvertendum το ευλογητον, quod nos *laude dignum* reddidimus. Quamvis enim ευλογητος proprie sonet *benedictus*, vel *laudatus*, tamen pro αξιος ευφημεισθαι *laudatione dignus* sumi posse ostendunt Anonymus *Cat. in Ps. Tom. I. pag. 324*, et copiosius Philo *Vol. I. pag. 453.*

Vers. 6. αναγκαι δε etc. Αναγκαι heic vertimus *necesaria fato quadam* ad mentem Epicureorum, multorumque praeterea philosophorum, qui την αναγκην *fatum* vocabant, seu *fati necessitatem*, vel *fatalem necessitatem.* Diogenes Laertius *Libr. X.* Euripides plurium numero, ut Noster, usus αναγκας θεων adpellavit *calamitates ex fatali quadam necessitate a Diis impositas.* Cicero *pro Ligar. Cap. VI.* de bello civili loquens: *Si proprium, ac verum nomen nostri mali quaeratur, fatalis quaedam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia divina necessitate esse superata.* Ait igitur Philodemus, *quae vitari nullo modo possunt*, ἁ μηδεν' εχει πορον, *sunt autem fatales quaedam necessitatee*, αναγκαι δε, *haec tantummodo fortiter potius subeunda, quam sibimet referenda, suove crimini adscribenda*, μονον τα μεν οφειλει θαρρεισθαι μαλλον τ' η και παραχωρων περι δ' εαυτον ποτ' αναφερειν, *illud tamen certum esse, quod qui cum homine improbo versatur, eiusque factis communicat, sua ipsius culpa id fiacere ostendit, si non omnem, maximam certe partem.* Haec profecto sequentis sententiae summa est, quae postremo verbis illis sapientissimis clauditur: μεγ' αν δε πραττεται δη τις, μη μετεχων μηδενων ὁλως, ει και τα μεν παντα τα πραχθενθ' ὑπο τουτου πονηρα εστιν: *magnam autem rem efficit, qui nullis prorsus, quae aguntur ab eo, communicet, si omnia siue facta improba sunt.*

Vers. 9. Παραχωρων. Ita scribendum, non παρακωρων, ut scriptum in αυτογραφῳ est. Item vers. 11. τιν' emendavimus pro θιν' quod in eodem αυτογραφῳ.

Vers. 12. εκεινου etc. Quis sit hic εκεινος, de quo disserit Noster, et in quo totus sententiae nucleus inest, haud liquet ex huiusce paginae verbis. Certe improbus is est; facile ingratus ipse, quem non semel πονηρον *improbum* vocat.

Vers. 13. πειθειν τα περι τας ἑαυτου δ' αιτιας *suam ipsius culpam evincere*, id est, *ostendere sua ipsius culpa id fieri*: communia enim illa sunt τα περι θεον, τα περι ἑαυτον, τα περι την ουσιαν, τα περι την κτισιν etc. *quae ad Deum, quae ad seipsum pertinent, quae in substantiam rerum, quae in creationem cadunt.*



ΝΑΝΘΡ ΠΡΟ
ΕΙ ΔΕΟΜΩ ΠΤΟΛ
ΛΩΝ ΙΤΩΝ ΣΧΡΗ
ΜΑΤΑΚΑΝ ΣΔΕΜΗ
ΔΕΝΟΣΧΡΕΙΩΔΟΥΣΑΛΛ
Μ ΝΑΛΛΑΔΟΥΦΟ
ΔΕΑ ΛΑΠΙΣΤΕΣ Τ ΤΕΥ
ΞΕΤΑΙΠΡΟΣΔΕΗΘΕΙΣ Α
ΕΠΑΡΕΧΟΝΤΑΚΑΙΦΑΙ
ΝΟΝΕ
ΗΤΑΙΤΕ ΝΟΥ
ΠΑΡ ΤΑΝΕΙ ΓΟΝΜΕΝ
ΤΕΩ ΕΙ ΛΕΠΑΡΑΤΗΝΠΡΟΣ
ΔΟΚ ΟΙΣ ΚΑΘΗ ΤΗ
ΤΑΙΠ ΝΕΧΟΗΣΑΝ
ΤΩΝ ΠΑΞΙΟΙΚΑΤ

COL. XIII.

Graz. dis. — Vin. Corazza inc.

COLUMNA XIII.

. . . . ουχ εστιν πολλων
τα μεν ανθρωπων] προ
δειας, ουδε ομως και πολ-
λων πολιτων [ισως χρη-
ματα · καν [ουν ως δε μη-
δενος χρειωδους αλλ' υ-
μιν των, αλλα δ' ου φοβερα]
δε, αλλ' απιστ' εστ', ει της τευ-
ξεται προσδεηθεις, [τα
[τε παρεχοντα, και φαι-
νομενον επαινω, ει μη
διδεηται των αυτων, ου
σχεδον τ' αν εχει λογον μεμ-
ψεως, ει δε παρα την προσ-
δοκιαν διδοις . . . .

. . non sunt pro indigentia multorum quidem hominum, nec pariter multorum fortasse civium bona: etsi igitur alia horum a vobis tamquam inutilia, alia vero tuta, alia autem intuta habentur; tamen si quis indiguerit, et eum, qui illa praebet, et qui praebiturum se monstrat, collaudo; sin minus indiguerit, non ea fere rationem vituperationis haberent, si praeter expectationem praebeantur . . . .

SCHOLIA IN COL. XIII.

Vers. 1. *εστιν πολλων* etc. Sententia huiusce columnae prima veluti fronte patet: omissis igitur ceteris, quae prono quasi alveo fluunt, haec dictorum omnium summa esto: *collaudandum, qui bona praebeat, vel praebiturum se monstret egenti, nec tamen vituperandum, si quis etiam non egenti praeter expectationem praebeat.*

Vers. 2. et 3. *προ δυας* etc. *Δυα* rarissima vox est, ne dicam nova: Hesychio autem idem est, atque *ενδεια*, *indigentia.* Nos eam vocem selegimus, et quod primae litterae illam sibi deposcere videbantur, et quod huic loco potissimum faciebat.

Vers. 14. *μεμψιως* in *αυτογραφω* *μενψεως*: iam *εχειν λογον μεμψιως*, ut nos supplevimus, *rationem vituperationis habere* idem est, ac *vituperatione dignum esse.* Atque hoc ipsum *μεμψιως* nobis suasit illud *επαινω* vers. 11. ut ea sibi invicem responderent.



ΜΒΑΝ
ΚΕC
CΧΑΝ

ΠΩCΔΕΚ
ΑΙ ΑΝΕΟΧΟΝ
ΠΕΡC Ψ ΝΤΕC ΟΥ
Α ΑΝΤΕCΗΠΕΡΙ ΤΑCΕ
CΙ ΚΩΛ ΤΙΚΑΙCΕΓ
CΑΝΤΕCΕΠΙΓΑ ΤΙ
ΑΠ ΝΤΗΝ ΝΔΕΙΤΗC
ΑΛ Ν ΚΕΙΝ
ΤΟ ΕΙΠΟΤΕΠΡΟCΦΩ
Ν ΝCΥΝΤΑΞΕΙCΕΝΙΟΙC
ΗΔΙΑΓΡΑΦΗCΕΤΑΙ ΕΙΝ
ΠΑΡΑΤΟΜΑΛΛΟΝ ΠΕ
ΕCΘΑΙΦΥCΙΝΕΚ
ΥΠΑΛΛΑΚΑΤΑ ΤΕ
ΤΗC ΟΜΩCΔ ΚΕ
ΑΜΑΤΩΝ
ΑΙΤΟΜΑΛΛΟΝ
ΟΝΕΝΑΓΑ
CΥΜΒ

COL. XIV

Car. Oraz. dis. *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA XIV.

[ὥ]σπερ [ἀ]ψ[α]ν[τ]ες [ε]ις τ' [ὃ] ου
μη [ἀ]ληθες, η περι[σ]τασε-
σι [κ]ωλυτικαις εγ[γ]ι[-]
σαντες· εστι γαρ τ[η]ν εις
ακρ[ο]ν την [χ]αριν δει της
αλ[ο]ς [μ]εδιμνου ως ηκειν·
το [δ]ε ει ποτε προς Φω-
ν[ω]ν συνταξεις ενιοις,
η δια γραφης εστ' απτειν,
[και] παρα το μαλλον, [εφ'] ε-
[φικ]εσθαι Φυσιν εκεινης·
Αλλ' [υ]π' αλλα κατα[τ]ε-
[θ]α δ' αιτησει, ὁμως δε [κε-]
[ν]α μεν ουχ, αλλα των [ε]ο-
τε [κ]αι το μαλλον [χ]ρησι-
τον γε [ν]ον εν αγα[θο]ις εο-
τιον. Και [συμβ]αινει μεν . . .

tamquam adrepentes ad id, quod verum non est, vel ad circumstantias accedentes, quae impediunt (*quin verum agnoscatur*). Etenim modio salis opus est, ut ad gratiam penitus cognoscendam perveniatur: id si ad vocum collocationem, vel ad pingendum nonnullis petere licet, magis ad hoc licet, ad assequendam *nempe* illius (*gratiae*) naturam. Alia post alia collatum iri volent; simul non vana, sed quod utilius est inter utilia tribuendum. Et accidit quidem. . . . .

Vers. 2. αληθεις, in αυτογραφῳ αλητεις, θ cum τ mutato. Primis hisce versibus de iis loqui videtur Auctor, qui veram rerum naturam adsequi non possunt, quum iis se implicent *circumstantiis*, quae illam cernere non sinunt. Atque has quidem *circumstantias* apte is vorat περιστασεις κωλυτικας, *circumstantias impedientes.* Hoc porro ad naturam gratiae referendum, ut clarius infrne patebit.

Vers 5. et 6. της αλων μεδιμνου etc. Hoc sane modo implere hiatum libuit, pulcherrimam dicendi formam excudendo, quae Graecis, ac Latinis celebrata fuit, et quidem κατα παροιμιαν. Aristoteles *Ethic. Libr. VIII. Cap. III.* Κατα την παροιμιαν γαρ ουκ εστιν ειδησαι αλληλους πριν τους λεγομενους αλας συναναλωσαι: *Nam iuxta proverbium alter alterum nosse non potest, priusquam salem, quem dicunt, consumserint.* Quod autem Aristoteles αλας simpliciter dixit, Plutarchus Περι πολυφιλ.: μεδιμνον αλων dixit, et Cicero *salis modios* iisdem omnino verbis *De Amicit. Cap. XIX. Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit.* Iam μεδιμνος utroque genere efferri potest; etsi frequentius αρσενικως. Herodotus tamen habet ἡ μεδιμνος *Lib. I.* iuxta codices meliores; quam quidem lectionem recto stare talo posse, non autem ob generis insolentiam expungendam, ipsa haec papyrus in primis docet. Ut autem ad rem veniamus, apta heic comparatione utitur Philodemus, ut probet, multo tempore opus esse ad naturam gratiae cognoscendam: *nam si*, inquit, *salis modius requiritur a quibusdam ad exactam verborum collocationem, vel ad pingendum, multa is magis requiritur ad naturam gratiae adsequendam.*

Vers. 12. et seqq. Αλλ' υπ' αλλα καταθετεα δ' αιτησει etc. Nihil heic animadvertendum se nobis offert, quum omnia plana, ac nota sint, licet maximam partem e penu nostro desumta, non autem a reliquis discrepantia, ut vides. Illud vero καταθετεα *conferendi* sensu adcepimus; nam κατατιθεναι, vel κατατιθεσθαι ευεργεσιαν, aut χαριν *beneficium, vel gratiam conferre*, non infrequens Graecis dicendi modus est, interque probatiores receptus. Herodotus *Libr. VI. Cap. XX.* Πασας ες εκεινον ευεργεσιας κατατιθεισας διηγουμενος: *Quum omnia a se collocata in illum beneficia enarrasset.* Et *Libr. XXXIV. Cap. XIII.* Μεγαλων δε μοι κατατιθεισων ες αυτον ευεργεσιων: *Quum magna in eum a me collocata beneficia sint.* Xenophon *Paed. Libr. VIII. Cap. III.* Χαριν ανδρι αγαθῳ καταθεσθαι: *Gratiam apud virum bonum collocare.* Lucas *Actor. Cap. XXIV. vers. 27.* θελων χαριτας καταθεσθαι τοις Ιουδαιοις: *Volens gratiam praestare Iudaeis.* Heic vero apud Nostrum dicitur κατατιθεσθαι αγαθα *conferre bona*, quod aeque est, ac κατατιθεσθαι ευεργεσιας, vel χαριν, *beneficia, aut gratiam conferre.*



ΚΑΙΔΗΓΑΡ
ΑΥΤΑΚΑΤΑ
ΝΟΥΚΗΝ
ΜΕΝΟΝΕΠΙΜΑΡΤ
ϹΑΙΤΙϹΙΑΕΚΑΙΚΑΤΑΓΕΛΑϹ
ΤΟΝ ΟΤΑΝΤ ΝΥΝΚΑΙΚΑ
ΚΙΑϹΤΙΝΕϹΕΠΙΦΕΡΟΝ
ΑΝ ΤΟΥϹΕΥΧΑΡΙϹΤΙ
ΚΝ ϹΥΝΘΕΛΩϹ
ΙΚΑΘΟΛΟΥΤΟΙΟΥΤΩΝ
ΦΑΙΝΕΙΝ ΩϹΤΕ ΑΝ
ΚΛΘΗΓΗΤΗΝ ΝΟΜΙΖΕ ΘΑΙ
Δ ΟΤΙΜΕΝΑ ΝΩΜΟΛ ΟΥ
Ϲ ΑΤΤΛΩΙΛΟΓΩΙΔΙΑ Ρ
ΡΔΗΝΑΠΟ ΑΙΝΟΝ Ι
ΑΓΑ
ΑΞΙΩΤ
ΛΙΠ
Π

COL. XV

Car: Orazj dis *Vin. Corazza inc.*

COLUMNA XV.

και δη γαρ [το αιτιασθαι] ταυτα καταγ[ελαστον] περ αν ουκ ην, [τον αιτιω]μενον επιμαρτ[υρη]σαι τισι δε και καταγελαστον. Όταν [γε] νυν και κακιας τινες επιφερον[τες] αν [ειπω], τους ευχαριστι[α ει] πως δ[ακν]ει, συνθελωσ[ιν] και καθολου τοιουτων [τι]να φαινειν, ωστε [και] αν καθηγητην νομιζε[σ]θαι, δ[ιοτ]ι μεν αγνωμοσου[σιν] απλω λογω διαρρηδην αποδ[εικνυ]ον[τι] τι μεν [αγαθ]ον εστιν, ως αξιωτ[ατον] των παντων, ως και π[αν]των το καλλιστον η τ[ης] ευχαριστια, ισως αν συμβαινει ραδιως πειθειν . . . .

Etenim haec accusare ridiculum quidem non esset; eum autem, qui accusat, testem (*etiam*) esse, id profecto ridiculum est. Quando (*igitur*) nunc aliqui vitia obiiciunt, si eos grati animi cura mordet, velint, ut summatim dicam, huiusmodi aliquis adpareat, qui tamquam praeceptor existimetur, quandoquidem ingratis simplici sermone diserte ostendenti, quam magnum bonum sit grati animi virtus, quam omni pretio dignum, quam perpulchrum, fortasse contingit facile suadere. . . . .

SCHOLIA IN COL. XV.

Vers. 12. καθηγητην etc. Καθηγητης proprie *dux viae* est, tum *praeceptor*, *monitor*, *auctor*, idem, ac καθηγεμων, cuius synonima apud Hesychium sunt οδηγος, et διδασκαλος. At καθηγητης honestiore nomine dicitur, ac διδασκαλος. Sic Plutarchus in *De Alexandri Magni sive Fort. sive Virt. Orat. I.* Aristotelem vocat Alexandri καθηγητην, et Aristomenes Ptolomaei *Vit. Alexandr. Cap. V.* ait de Leonida: Δια το αξιωμα, και την οικειοτητα τροφευς Αλεξανδρου, και καθηγητης καλουμενος: *Ob dignitatem, et consuetudinem vocatus nutritor, et praeceptor Alexandri.*

Vers. 13. et 14. αγνωμονουσιν. Αγνωμονειν, et αχαριστειν idem sonant, quemadmodum ex altera parte ευχαριστειν, et ευγνωμονειν. Stobaeus *Serm. LVII.* et *LVIII.* Περι αχαριστουντων, και αγνωμονουντων: *De ingratis, et beneficia non agnoscentibus.* Et *Serm. LXXVII.* Περι ευχαριστουντων, και ευγνωμονουντων: *De gratis, et beneficia agnoscentibus*, sive *De beneficio, et gratia*, ut aliqui reddiderunt. Vide *Praefat. ad hoc Vol.*

Vers. 15. et seqq. τι μεν αγαθον etc. Haec maximam partem nostro marte adornavimus, quae, quum ante dictis apte haerere videantur, nil est, cur ea respuas, si lubet.



ΛΙΔΙ
ΙΑΩΝ
ΤΙΑ
ΛΩΝ ΗΠΩΣ
ΛΙΤΩΝΚΑΘΕΝΤΩΝΕ
Μ ΝΕΠ ΡΟΝΚΑΕ
Τ ΝΕ Ω Ν ΤΕ
Ρ ΠΡΟΚΟΠΤΗΝΩ
ΚΑΙ Ν ΙΑ
ΕΝ ΥΝΤΗΝΕΥ
ΧΑΡΙΣΤΙΑΝΕΩΟΒΙΑΖΕΤΑΙ
Π ΤΕΙ ΔΕΤΟΠΑΝΤΕ
ΙΣΑΠΟΚΟΠΤΕΙΝΠΟΛ
ΛΟΥΔΕ ΚΑΙΠΟΙΚΙΛΩΣ
ΝΤΟΙΣΕ ΣΚΕ ΤΟΥ
ΚΑΙΠΑΝ Δ ΤΕ
ΤΑΣ ΤΕΑ

COL. XVI

Orazj dis. Vin. Corazza inc.

COLUMNA XVI.

. . . . ὅστις των αλλων δη, και μη πως κλιτων κληθεντων εμανθανε ῥᾳον, κλεπτεται, ει αν εισαγων ποτε ῥᾳοια προκοπην μετο. Ει και ουν τις βια πεικειν πειθειν νυν την ευχαριστιαν, εω ὁ βιαζεται παρ αν, ουτ' ευ δε το παντ' εριοις αποκοπτειν· πολλου δε δει. Και ποικιλως μεν τοι γε του σκευαστου μη και παντ δει ποτ' ουτε λογου, ουτε . . . .

. . . . Quicumque aliorum locorum, nec unquam eorum, quae vocantur declivia, viam didicit, fallitur, si quando (*in ea*) ingressus faciliorem progressum putarit. Si quis igitur me nunc incuset, quod vi suadeam grati animi virtutem, sino quidem quod vim adfert, non sino autem omnia aliquibus amputare: multum id sane abest. Et nec varie quidem elaborata oratione est unquam omnino opus, nec . . .

SCHOLIA IN COL. XVI.

Vers. 3. κλιτων κληθεντων etc. Ὁι κλιτοι (τοποι) vel τα κλιτα sunt *declivia*, vel *devexa loca*, sive *declivitates*, aut *devexitates* απο του κλινεσθαι, *quod ea scilicet loca inclinantur*, *vel deorsum vergunt.* Hesychio κλιτος est τοπος κατωφερης, *locus*, *qui deorsum fertur.* Porro haec loca haud facilem processum praebent, ut ignaris primo fortasse adspectu videri solet. Hinc iure ait Noster: Κλεπτεται, ει αν εισαγων ραονα προκοπην ῳετο: *Fallitur*, *si quis* in ea *ingressus faciliorem progressum putarit.* Iam quo referenda haec sint, superior hiatus docere vetat.

Vers. 6. προκοπην etc. Προκοπη est *processus*, sive *progressus* απο του προκοπτειν, quod *procedere*, vel *progredi* notat, tam proprie, quam metaphorice, ut apud Latinos. Heic την προκοπην nativa significatione adhibuit Philodemus, peregrina autem Plutarchus *Moral:* Νεῳ ανδρι γευσαμενῳ προκοπης αληθους εν φιλοσοφιᾳ: *Iuveni*, *qui verum in Philosophia progressum gustarit.* Apud eumdem saepe occurrit προκοπην ποιειν, quemadmodum apud Ciceronem *progressus facere.*

Vers. 7. Ει και ουν τις etc. Quum Philodemus inculcandum gratum animum suscepisset, nimio fortasse plus aliquando institit, ut non tam hortari, quam cogere videretur; quod nonnullis offensioni esse potuit. Igitur modeste monet, se ὁ βιαζεται, *quod vim adfert*, non aegre pati, si quis ex suo volumine amputarit, neutiquam vero pati omnia prorsus demi. Atque haec claudit verbis illis, πολλου δε δει, *multum sane abest*, in fine sententiae poni solitis.

Vers. 13. του σκευαστου etc. Σκευαστα dicuntur *composita*, vel *fictitia*, atque opponuntur τοις κατα φυσιν γεγονοσι, *iis*, *quae natura talia sunt.* Plutarchus *Epist. VII.* Περι σωματος απαντος σκευαστου τε, και κατα φυσιν γεγονοτος: *De quovis corpore et ficto*, *et naturali*; sive *naturali*, *atque artificiali*; quod Virgilius dixit *arte laboratum Aeneid. Libr. I. vers. 639.*

Arte laboratae vestes, *ostroque superbae.*

Atque hanc esse huiusce vocis potestatem in hoc Philodemi loco patet insuper ex τῳ ποικιλως versu superiore, ut λογος ποικιλως σκευαστος sit *varie elaborata*, vel *varia arte composita* oratio; qua nil opus esse in ea disputatione contendit.



ΠΕΙ ΠΟΛ
ΟΛΑΜ
ΤΙ ΩΝΤ
ΟΝ ΕΤΑΙΜΩ ΝΑΣ
ΤΑ ΕΙΣΑΤΟΠΙΑΣΟΤ ΙΝΟ
ΩΝΦΟΜΕΝ ΟΝΕΣΤΙΝΩΣ
ΗΤΟΠΟ ΤΑΙ
Η ΠΡΟΣ ΙΣ
Π ΕΙΝΚΑΙΤΟΥ.
ΣΑ ΙΕΝΑΙ ΚΑ
ΕΧΝ Ν ΣΩΜ ΕΤ
ΡΧΙΑΣΚΑΙΤΟΔΙΑ
ΤΓ
Σ ΜΕΝ
ΤΟΙΣ ΤΟ ΕΣΘΑΙΠΑΝΤΑ
Τ Ν ΤΩ ΔΗΠΟΤΕΤΙ
ΓΡΑΙ ΝΤΑ ΚΑΘΗΓΗΤΗΝ
ΚΑΙ ΑΘΑ. ΕΡΕΙΒΟΥΛΟΝΥ
ΟΒΑΛΛΟ ΝΑΥΤΩΠΟΝΗ
ΣΤΥΧ ΙΟΣΗ
Τ ΟΡΓ

COL. XVII

Car. Orazj dis. Vin. Corazza inc.

COLUMNA XVII.

ὦ ζευ, ὁσον εσεται μωρον, ὰς
τ' αξει εις ατοπιας · οσ[ε]ν νο-
ξων φω μεν, οιον εστιν, ὡς
αν δη το ποιειται μεγα ·
Το μην προς ταις ειρημε-
νοις ποιειν, και τουτο δει
ουκ αν ειναι ακαιρον, η α-
τεχνον · νυν φησω μεν δε τι
περι αναρχιας, και το δια τι-
νας απειρους τους οντας,
και δ' ευηθεις · δηλον μεν
τοις τουτοις επεσθαι παντα
των, η ταυ δηποτ' επι-
γραψαντ' αν καθηγητην,
και καθαπερ ευβουλον, ὑ-
ποβαλλειν αυτῳ πονη-
ρους τυχοντας δε, ὑποση-
μαινει . . . .

o Iupiter! quam stultum id erit! quae aget in absurda! quum intelligens dixero, quale id est, o quam magnum profecto evadet! Atque praeter ea, quae dicta sunt, faciendum id est, quod nec suo tempore, nec arte vacare debet: nunc addam aliquid de anarchia, idque in quorundam inexpertorum, et incautorum gratiam. Manifestum quidem est, quod hos sequitur quicumque vel hic, vel ille inscripserit *Praeceptorem*, quatenus sit bonorum consiliorum auctor; subiicere autem ipsi malos, quodammodo indicat . . . .

SCHOLIA IN COL. XVII.

Vers. 1. *ὠ ζευ* etc. Exclamantis, vel admirantis vox est; cumque ea, quae sequuntur, admirationem veluti quamdam complecti videantur, non abs re putavimus illam huc inserere, praesertim cum *ὁσον* addatur, quod etiam admirationi inservit. Interdum pro *ὠ ζευ* aiebant *εμφασεως* gratia *ὠ ζευ βασιλευ*, *o Rex Iupiter!* Aristophanes *in Nub.* sub init. *ὠ ζευ βασιλευ, το χρημα των νυκτων ὁσον απερατον. O rex Iupiter, quam interminatum bonum noctes sunt!*

Vers. 3. *φω* ponendum pro *φο*, quod prave scriptum in *αυτογραφῳ*.

Vers. 5. *Το μην* etc. Quid haec verba sibi velint, quove pertineant, incertis coniectationibus praetermissis, satius est in medio relinquere. Innuitur quidem aliquid faciendum esse magni cuiusdam pretii, quod nec tempore, nec arte vacare debeat, *και τουτο δει ουκ αν ειναι ακαιρον, η ατεχνον.*

Vers. 8. et seqq. *νυν φησω μεν δε τι περι αναρχιας* etc. *Αναρχιαν* heic intellige *detrectationem imperii*, vel *licentiam*, qua unusquisque pro lubitu vivit. De ea se aliquid dicturum profitetur Auctor, *in quorumdam*, ut ipse ait, *inexpertorum, atque incautorum gratiam*, qui quod nullo se regi imperio in vitae, ac morum ratione sinebant, et ceterarum virtutum, et maxime grati animi vim ignorabant. Nos igitur haud fortasse *αστοχως* supplevimus *δια τινας απειρους τους οντας, και δ' ευηθεις.* Atque hisce nimirum inexpertis, et incautis optat Philodemus *τον καθηγητην*, ut indicant ea, quae sequuntur: *Δηλον μεν τοις τουτοις επεσθαι παντα τον, η τον δηποτ' επιγραψοντ' αν καθηγητην*: *manifestum quidem est, quod hos sequitur quicumque vel hic, vel ille aliquando inscripserit* Praeceptorem

Vers. 13. et 14. *επιγραψοντ' αν καθηγητην* etc. *Επιγραφειν καθηγητην inscribere Praeceptorem* est opus aliquod *καθηγητου* titulo signare. Sic Athenaeus *XI.* *Το δε δραμα τουτο Καλλιμαχος επιγραφει Ευνουχον*: *Huic autem dramati Callimachus titulum fecit* Eunuchum. Latini eodem plane sensu *το inscribere* adhibuerunt. Cicero XV. *Familiar. Epist. II. Oratorem meum* (sic enim inscripsi) *Sabino tuo commendavi.* Idem *De Orat. Lib. III. Cap. XXXI. Aliquid de Oratoris arte paucis praecipiam libellis, eosque* Rhetoricos *inscribam.*

Vers. 15. *ευβουλον* corrigendum pro *ειβουλον*, idest, *prudentem virum, consultum*, atque, ut nos reddidimus, *bonorum consiliorum auctorem*, cui iure vetatur *ὑποβαλλειν subiicere πονηρους τυχοντας, malos, seu improbos consiliarios.*

Vers. 16. *ὑποβαλλειν* scribendum pro *ὑποβαλλαιν*: item *αυτῳ* pro *αυτω*: nulla enim religio, ut saepe vidimus, librario nostro fuit *το ι* in fine vocum omittere.



ΟΝ N

ΟΜΟΙΔΟϹΑΛΛϾ Λ
ΛΛΠΕΡΙΤѠΝΟΙϹ Ͼ
ΘϾΜΗΝΛϾΛϾΚ ΤΛ
ΜΗ ΦѠΤΝΤ ΜΛ
Λ ϾΝΤΛ
ΡΛΙΟ ϾΨΛϹΟΦ
ΛΥΤΛΤΗΙ
ϹΙΜϾΝΟΥΚ
ΤΟΙϹΤΟΙΟΥΤΟ

COL. XVIII

Car: Orazj dis: *Vin: Corazza inc:*

COLUMNA XVIII.

εμοι δος ἁ λε[γω τ' α]λ-
λα, περι των, οισ[θ', ἁ πρ]ο-
θεμην, λελεκτ[αι πα]ντα,
[ει] μην [φ]ω, τον τ[α ἡδ]υμα,
και χαριεντ' αν ερωντα,
ρ[ον] εφ' ἁ σοφ[ωτερος εσε-
ται, ταυτα τοι [ευρητειν
εν τ[ισ]ι μεν, ουχ [εν πασι
δε τ]οις τοιουτο[ις λογοις.

da mihi alia, quae dicam; de iis, ut nosti, quae proposui, dicta sunt omnia, si quidem dixero, eum, qui iucunda, et venusta adpetit, facilius ea, quibus sapientior erit, inventurum in aliquibus quidem, si non in omnibus huiusmodi *meis* libris.

SCHOLIA IN COL. XVIII.

Vers. 1. εμοι substituimus τῳ ομοι, quod legitur in papyro.

Vers. 6. εφ' ά, in αυτογραφῳ εψ' ά. Nihil praeterea notatu dignum in hac pagella occurrit; omnia enim facile fluunt. Manum igitur de tabula, si lectorem admonebimus, nos non ea, quae voluimus, sed quae potuimus, dedisse.



ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙΧΑΡΙΤΟΣ

ΑΡΙΘΜΟ·ΧΦΣΗ

ΧΑ ΗΜΑΤΑ

ΣΕΛΙΔΕΣ ΞΑ

Carlo Orazj dis. *R. Biondi inc.*

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

EPICURI

DE NATURA.

PRAEFATIO.

Inter Herculanensia volumina, quae explicata adhuc sunt, duodecim reperiuntur Epicuri Περι Φυσεως, *De Natura*, quorum septem certo numero signantur, unum incertum numerum habet, in aliis quatuor omnino desideratur. Ex iis II. et XI. in lucem prodierunt cura, et studio Caroli Mariae Rosinii, Episcopi Puteolani, viri doctissimi, meique olim praeceptoris, Papyraceae Bibliothecae Praefecti; cetera adhuc egent interprete. Horum unum, ex iis nempe, quae nullo numero notantur, nescio quo casu, ante annos fere tres in manus meas incidit; quod quum prima, ut aiunt, facie, et externo habitu observare coepissem, non indignum visum est mihi, in cuius interpretationem meam qualemcumque opellam collocarem. Sed tentata re, vix abfui, quin abiicerem; adeo magnis undique difficultatibus, incommodisque scatebat.

Et primum hic, de quo dicimus, liber initio caret; quod quam longe absit ab iis paginis, quas nunc habemus, nemo sane divinaverit. Tum nec certum finem gerit; nisi quod ex aliquot verbis, quae extrema ora ultimae paginae leguntur, haud male coniicere quis posset, non longo illum intervallo ab suo exitu distare. Sed haec incommoda communia fere sunt nostrae papyro cum ceteris aliis huc usque evolutis; illud vero pene novum, ac singulare, quod non omnes paginae oculis, aut aere excipi quiverint: partim enim quasi totae evanuerunt, partim ita non tam fugientes, quam penitus obliteratas habent litteras, ut nulla ars, nulla hominis solertia consequi illas possit. Hinc necesse fuit prioribus practermissis a III. pagella incipere; ab hac vero transcurrere ad V. eodem modo a VI. ad VIII. tum ceteris rite sequentibus post XII. uno saltu pervenitur ad XV. a XVI. vero datur aditus ad XIX. reliquae suum ordinem servant usque ad XXVIII. ubi desinit papyrus.

Quae quum ita se habeant, nullam rerum, nullam sententiarum cognationem, nullum orationis contextum internoscere licet; hac, atque illac pererrandum, si quod Ariadnae filum in tenebricoso eo labyrintho forte reperias. Quam quidem rem difficiliorem etiam faciunt eae ipsae, quae nunc superant, columnae; columnas inquam, an frusta, et fragmina columnarum? Ita profecto melius adpellaveris; nam praeterquam quod nunc litteris, nunc syllabis, nunc vocibus, nunc hemistichiis, nunc et integris fere versibus carent, ad unam omnes dimidia sui parte truncatae sunt, pleraeque gravius etiam vulnus tulerunt; quod ex aliorum voluminum comparatione facile nosces. Hisce positis, quidquid singulae complectantur paginae, brevibus Scholiis declarare quidem possumus, aptisque testimoniis confirmare; exactam vero seriem, nexumque rerum dare non possumus.

Ne autem ad lectionem voluminis accedas ieiunus prorsus eorum, quae inibi continentur, scias Col. III de atomis pertractari, in iisque species figurarum esse quidem animo incomprehensibiles, sed non simpliciter infinitas admoneri.

Col. V. De earumdem atomorum aequivelocitate, multiplicique sese movendi ratione pauca adspergi.

Col. VI. Eumdem fere motum continuari.

Col. VIII. De ειδωλοις, sive imaginibus mentionem iniici.

Col. IX. De ipsarum imaginum tenuitate disputari.

Col. X. XI. XII. Labor ad cognoscendas res pernecessarius inculcatur, per eumque ab una re intellecta (in atomorum fortasse, atque imaginum ratione, de quibus praecipue sermo est) ad alias, atque alias gradum fieri posse monstratur; negligentia quorumdam eius aevi philosophorum vituperatur.

Col. XV. Nescio quae αναλογιαι (*proportiones*) memorantur ad atomorum motum declarandum ex adversariorum sententia peridoneae, ex Epicuri mente non opportunae.

Col. XVI. Atomorum efficacia disseritur.

Col. XIX. Res ab atomorum concursu conflatas non ad certa quaedam coercendas, sed usque ad animae compositionem producendas; quod posset ostendere, superioribus, quae nunc desunt, paginis de animae natura disputatum fuisse.

Col. XX. Non coniunctim plura, sed seorsim singula exquirenda, causasque rerum ipsis rebus praevertendas, earumque in primis opportunitatem spectandam.

Col. XXI. De signis se loqui velle profitetur Auctor, quorum alia manifesta, alia dubia dicit.

Columnam XXII. integram reliquimus, quum nullam certam sententiam ex ea carpere licuisset.

Col. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Varia adferuntur de Necessitate, de Libertate, de Casu, in quibus Epicurus a Stoicis dissidebat.

Col. XXVII. Ad cognoscendas methodos, opinationes, commenta, phantasmata, perpetuamque, vel secus, animae molestiam, aut felicitatem causa ostenditur investigandi Principium, et Canonem, seu Criterium.

Col. XXVIII. Mutationes quaedam adcidere memorantur in iis, quae vel ad nos, sive ad nostram vim, ac facultatem, vel ad rerum naturam spectant; quarum causae non negligendae aetiologico iubentur.

Haec quidem excerpere, lector, et levi utcumque filo consuere quivimus.

Quocum vero contendat hoc in volumine Epicurus, nec id quidem nosse licuit; nusquam enim proprio citatur nomine adversarius. Neutiquam tamen dubitandum cum ipso principe Stoicorum, vel cum aliquo eiusdem militiae signifero illi rem esse: interdum etiam totum agmen adgreditur; plurium enim numero adloquitur adversarios. Et quidem nullos infestiores ille hostes, quam Stoicos habebat.

De nostro autem in hanc papyrum labore, nil est, quod ego moneam; tute ipse iudices, amice lector.



ΤΩΝΚΑΙΤΩΝΟΥΔΥΝΑ
ΜΕΝΗΣΔΙΑΝΟΙΑΣΣΗΜΗ ΕΙ
ΟΥΣΘΑΙΚΑΙΤΟΠΟΙΚΙΛΟΝ
ΕΙΤΟΔΕ ΤΟ
ΔΕΙΣΘΑΙΤ Ν
ΝΚΑΙΜΗΤΟΝ
ΤΗΝΛΑΜΒΑ
ΚΑΙΕΝΤΟΙΟΥ

C. III

ΤΩΝΣΥΜΒΕΒΕΚΟΤΩΝ
ΝΑ ΗΣΤΗΣ
ΑΣΚΙΝΕΣΘΑΙΑΤΟΥΤΩΝ
ΑΤΟΜΩΝ ΑΝ ΑΙ
ΜΕΝΑ ΟΥ C
ΕΚΤΩΝΤΡΩΠΩΝΠΟΛΥ
ΤΡΟΠΩΝΚΑΙ ΝΟΥΜΕ
ΝΩΝ ΟΡΩΣ
ΤΑΣ C. ΑΣ

C. V

Gio Casanova dis — R. Biondi inc

COLUMNA III.

των και των (ατομων) ου δυναμενης διανοιας σημειουσθαι και το ποικιλον σχημα · φαινει το δε τουτο, απειρων δεισθαι τας εν των διαφορων, και μη τον νουν εν αυτην λαμβανειν την και εν τοιουτοις σχημασι διαφοραν

Quum non possit mens harum, atque illarum (*atomorum*) variam notare figuram. Patet autem illud, carere quidem (*atomos*) infinitis differentiis, nec posse mentem talibus in formis hanc ipsam differentiam comprehendere

SCOLIA IN COL. III.

Vers. 1. Των και των etc. Epicurus in *Epistola ad Herodotum* haec potissimum de atomis docuit, nimirum species figurarum esse quidem animo incomprehensibiles, sed non simpliciter infinitas. Laertius *Libr. X.* Προς δε τουτοις τα ατομα των σωματων και μεστα, ἐξ ὧν και ἁι συγκρισεις γινονται, και εις ἁ διαλυονται απεριληπτα εστι ταις διαφοραις των σχηματων· ου γαρ δυνατον γινεσθαι τας τοσαυτας διαφορας εκ των αυτων σχηματων περιειλημμενων· *Adhaec corpora illa insectibilia, plenaque, ex quibus fiunt, et in quae resolvuntur concretiones, incomprehensibilia sunt differentiis figurarum; neque enim haec tot, tantaque rerum concretarum discrimina essent, si huiusmodi figurarum diversitas comprehensibilis foret.* Et mox: Ταις δε διαφοραις ουχ ἁπλως απειροι εισιν, αλλα μονον απεριληπτοι, ὡσπερ ειρηται. *Non sunt vero etiam atomi habendae differentiarum numero infinitas simpliciter, sed ut iam dictum, solummodo animo incomprehensibiles.* Ita quidem interpretatur Gassendus, cuius versionem heic sequuti sumus. Iam vero hisce verbis, iis praesertim postremo additis, plane concinunt, quae in nostra hac pagella habentur: dicitur enim primo loco, quantum deficiente superiori pagina divinare licuit, *non posse cogitationem, sive mentem variarum atomorum diversam notare figuram* των, και των ου δυναμενης διανοιας σημειουσθαι και το ποικιλον σχημα: additur deinde prorsus ad Laertiana verba, *easdem varietates neutiquam infinitas esse*, nec (quod paulo ante monuerat) *humana mente comprehendi posse*: Φαινει το δε τουτο απειρων δεισθαι τας αν διαφορων, και μη τον νουν αν ταυτην λαμβανειν την και εν τοιουτοις σχημασι διαφοραν. Gassendus *de Physiolog. Epicur. Animadverс. Tom. I. pag. 113 Edition. Lugdun.* 1675. *Alterum est*, inquit, *species figurarum esse quidem incomprehensibiles, sed non simpliciter tamen infinitas: hoc est, non posse quidem mentem adsequi tantam varietatem figurarum, quae adscribendae sunt atomis....verumtamen huiusmodi omnes varietates, seu species non propterea esse absolute infinitas, quasi aliqua extrema non sit.* Hinc vel suspicandum, Aristotelem non satis fideliter retulisse opinionem Democriti, *atomos nempe non modo multitudine, sed forma etiam infinitas De Gener. I. Cap. VIII.* vel arbitrandum eum Alexandro in citato loc. Epicureos Democrito non consensisse, quum posuerunt *atomos figurarum quidem multiplicitate incomprehensibiles, non idcirco tamen infinitas.* Quidquid tamen de Democrito fuerit, quod attinet ad Epicurum, audiendus est Plutarchus, qui paucis illius opinionem commemorat *Placit. Philosoph. Lib. I Cap. III.* ειναι τα σχηματα των ατομων απεριληπτα; ουκ απειρα, *esse figuras atomorum incomprehensibiles, non infinitas.* Cuius postremae rei rationem ita elegantissime reddit Lucretius *Libr. II vers. 478.*

Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quae
Ex hoc apta fidem ducit; primordia rerum
Finita variare figurarum ratione.
Quod si non ita sit, rursus iam semina quaedam
Esse infinito debebunt corporis auctu.
Nam quod eadem una cuiusvis in brevitate
Corporis inter se multum variare figurae
Non possunt: fac enim minimis e partibus esse
Corpora prima, tribus, vel paulo pluribus auge;
Nempe ubi eas partes totius corporis omnes
Summa, atque ima locans, trasmutans dextera laevis
Omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo
Formarum speciem totius corporis eius,
Quod superest, si forte velis variare figuras,
Addendum partes alias erit, inde sequetur
Adsimili ratione, alias ut postulet ordo,
Si tu forte velis etiam variare figuras.
Ergo formarum novitatem corporis augmen
Subsequitur. Quare non est, ut credere possis
Esse infinitis distantia semina formis,
Ne quaedam credas immani maximitate
Esse, supra quod docui non posse probari.

Sed et eiusdem rei aliam rationem subiicit Lucretius; quod si nempe aliae, et aliae figurae in infinitum concederentur, nullae essent qualitates rerum naturalium certae, ac determinatae, quum nova figuratione ita variarentur, ut et quaecumque optima melior, et quaecumque pessima deterior oriri posset. *Eod. Libr. ver. 500.*

SCHOLIA IN COL. III.

Iam tibi barbaricae vestes, meliboeaque fulgens
Purpura, Thessalico concharum tincta colore, et
Aurea pavonum ridenti imbuta lepore
Pepla novo rerum superata colore iacerent;
Et contemtus odor myrrhae, mellisque sapores,
Et cycnea mele, Phoebeaque, daedala chordis
Carmina consimili ratione oppressa silerent;
Namque aliis aliud praestantius exoriretur:
Cedere item retro possent in deteriores
Omnia sic partes, ut diximus in meliores,
Namque aliis aliud tetro iam tetrius esset
Naribus, auribus, atque oculis, orisque sapori.
Quae quoniam non sunt, quin rebus reddita certa
Finis utrimque tenet summam, fateare necesse est
Materiam quoque finitis differre figuris.

Vers. 2. et seq. σημειωσθαι etc. Σημηωσθαι per η in fine versus male scripserat librarius; quod tamen in ipso autographo emendatum cernimus, superaddito *ι*.

COLUMNA V.

. . . . και φαινει δ' εκ των συμβεβηκοτων, ειναι το ιτης της ταχειας κινεισθαι, ἁ τουτων ατομων ιδι' αν φω· Και μεν ατομων ουν ὡς εκ των τροπων πολυτροπων κατακινουμενων κ.ι μεν, ευτορως . . . .

. . . . patet etiam ex iis, quae adcidunt, aequae velocitatis motum esse; quae (*omnia ante exposita*) ipsarum atomorum propria dixerim. Et quidem atomis multiplici ratione se moventibus in perpetuum, facile . . . .

SCHOLIA IN COL. V.

Vers. 1. et seq. Εκ *των συμβεβτηκοτων ειναι* etc. Συμβεβεκοτων per ε perperam scripserat librarius, quod emendavimus. Sic v. 3 *κινισθαι* pro *κινεσθαι*, et mox lin. 6 *τροπων* pro *τρωπων* restituimus. Caeterum totum huiusce columnae supplementum innititur hisce Epicuri verbis apud Laërtium *Libri X. De motu atomorum*, quae cum nostrae huiusce pagellae dictis plane, ni fallimur, consentire videntur. Κινουνται συνεχως αἱ ατομοι (Φησι δε ενδιοτερω, και ισοταχως αυτας κινεισθαι, του κενου την εἰξιν ὁμοιαν παρεχομενου και τῃ κουφοτατῃ, και τῃ βαρυτατῃ) εις τον αιωνα. Και αἱ μεν εις μακραν απ' αλληλων διισταμεναι, αἱ δε αυτον παλμον ισχουσιν, ὁταν τυχωσι την περιπλοκην κεκλιμεναι, η στεγαζομεναι ὑπο των περιπλεκτων. *Moventur assidue atomi (ait autem inferius, et aequa celeritate motus illas agitari cum vacuo similem motum exhibente gravissime, vel levissime) in omne aevum. Atque illae quidem longe a se invicem distantes, aliae vero agitationem ipsam continent, quum fuerint complexione inclinatae, sive ipsis complexionibus sustentatae fuerint.* Ad plenam vero sententiae explanationem sciendum, Epicurum agnovisse in primis, ac docuisse motum atomorum, quem apud Empiricum definivit μεταβασιν απο τοπου εις τοπον, *migrationem a loco in locum;* hunc autem motum putasse ισοταχη, *aequivelocem;* tum varia ratione accidere, et *irrequietum esse, ac perpetuum.* Gassendus in *Libr. X Laërt. De Physiolog. Epicur. Animadver. 5. pag. 115, et seqq.* Et de aequivelocitate quidem motus idem ipse Epicurus apud eumdem Laërtium *Libr. X.* Και μην, inquit, και ισοταχεις αναγκαιον τας ατομους ειναι, ὁταν δια του κενου εισφερωνται, μηδενος αντικοπτοντος, ουτε γαρ αἱ βαρεις ταττον οισθησονται των κουφων, ὁταν γε δη μηδεν απαντᾳ αυταις, ουτε αἱ μικραι των μεγαλων, ὡς παντα πορον συμμετρον εχουσαι, ὁταν μηδεν εκειναις αντικοπτῃ· *Necesse vero etiam est atomos esse aequiveloces, quamdiu per inane feruntur, neque quidquam est, quod earum impetum retundat. Neque vero graves velocius feruntur, quam leves, quum nihil utrisvis, quod obstet, occurrat, neque item parvae, quam magnae, quum sit traiectio omnibus pro magnitudinis ratione aeque libera, donec nihil est, quod iis impingatur.* Elegantissime porro Lucretius hanc omnem doctrinam complexus est *Libr. II vers. 225.*

Quod si forte aliquis credat graviora potesse
Corpora, quo citius rectum per inane feruntur
Incidere e supero levioribus, atque ita plagas
Gignere, quae possint genitales reddere motus,
Avius a vera longe ratione recedit.
Nam per aquas quaecumque cadunt, atque aëra deorsum,
Haec pro ponderibus casus celerare necesse est,
Propterea quia corpus aquae, naturaque tenuis
Aëris haud possunt aeque rem quamque morari.
Sed citius cedunt gravioribus exsuperata.
At contra nulli de nulla parte, neque ullo
Tempore inane potest vacuum subsistere rei,
Quin sua quod natura petit concedere pergat:
Omnia quapropter debent per inane quietum
Aeque ponderibus non aequis concita ferri.
Haud igitur poterunt levioribus incidere unquam
E supero graviora, neque ictus gignere prae se,
Qui varient motus, per quos natura gerat res.

De hac ipsa aequivelocitate motus ex Epicuro loquitur in primis Themistius, qui eam acerrime oppugnavit *IV. Phys. text. 74. Hoc idem in atomis quaeri ex Epicuro potest, velitne illas inaequali velocitate, an aequali moveri? Nam si inaequali, rationem desidero, si aequali, requiro constantiam; ostendat, quonam pacto continuabunt, et sese adsequentur vicissim, atque comprehendent, aut quomodo ad insertum, complexumque mutuum adcedent, ut subinde res alias, velut ipse praedicat, concursu illo progenerent? Dicat, qui possit hoc fieri, motu omnibus aequali promiscue concesso.* Quod vero ad multiplicem motum atomorum, duplicem primo ille admisit, *naturalem, ac reflexum;* illum, quo atomus suo deorsum pondere fertur, hunc, quo atomus una in aliam incurrens percutitur, aliorsumque divertitur. Deinde naturalem ipsum, ac reflexum bifariam etiam divisit, naturalem scilicet κατα σταθμον *ad perpendiculum*, seu, ut Cicero interpretatur, *ad lineam*, et κατα παρεγκλισιν *ad declinationem*, sive *declinationis*, contra quam docuerat Democritus, qui ex Plutarcho *Libr. I. Placit. Philosoph. Cap. XXIII* unicum agnovit, adpellavitque κατα πληγην. Adposite Cicero *de Fato Cap. XII. Quamdam vim motus habemus a Democrito, quam plagam ille adpellat; a te, Epicure, gravitatis, ac ponderis.* Porro perpendicularem ille praecipuum faciebat ob gravitatem atomis adtributam; motus vero declinationis idcirco necessarius visus est, quod alioquin nullus concursus atomorum futurus fuisset, nullaque proinde unquam extitisset ullius rei generatio. Atque ea quidem ratione responsionem sibi ad obiecta Themistii, aliorumque paravit. Perbelle Lucretius utramque motus speciem expressit *Libr. II. vers. 216.*

SCOLIA IN COL. V.

Illud in his quoque te rebus cognoscere avemus,
Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur
Ponderibus propriis incerto tempore ferme,
Incertisque locis, spatio depellere paulum,
Tantum quod minimum momentum dicere possis:
Quod nisi declinare solerent, omnia deorsum
Imbris uti guttae caderent per inane profundum:
Nec foret offensus natus, neque plaga creata
Principiis; ita nil unquam natura creasset.

Reflexum vero motum Plutarchus idem docet eodem loco duplicem pariter ab Epicuro fieri, *κατα πληγην, και κατα παλμον, ex plaga*, sive *ictu*, et *ex concussione:* nempe *κατα πληγην* Epicuro est resilitio illa, quae fit ex incursu atomi unius in aliam per magnum aliquod intervallum; *κατα παλμον* vero quae brevi spatio definitur. Utrumque sic commode distinxit bino versu Lucretius ibid. 97.

Partim intervallis magnis conflicta resultant,
Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab ictu:

eaque etiam de causa Plutarchus eodem loco Epicurum ait finxisse *πληγας τινας, και αποπηδησεις των ατομων, ictus quosdam, resultationesque atomorum.* Porro haec omnia fuse heic ex Epicuri doctrina exposita per quam paucissimis continentur in hoc nostro fragmento, ut tute ipse cognoscere potes. Nam et aequivelocitatem atomorum innuit, *ειναι το ισης της ταχυας κινεισθαι* vers. 2, 5 et varias motus rationes attingit, *και μεν ατομων ουν ὡς εκ των τροπων πολυτροπων κατακινουμενων* vers. 5, 6, 7. Iam vero quum ex ipso Epicuro irrequietus sit, ac perpetuus motus atomorum, haud visum abs re fuit ad complendam sententiam addere ultimo *αει μεν.* De hoc ipso perpetuo atomorum motu audi Lucretium ipsum sic apte canentem *Libr. II vers. 94.*

.... Nimirum nulla quies est
Reddita corporibus primis per inane profundum,
Sed magis assiduo varioque exercita motu etc.

Et mox *vers. 296.*

Quapropter quo nunc in motu principiorum
Corpora sunt, in eodem anteacta aetate fuere,
Et posthac semper simili ratione ferentur.

Atque hoc ipsum est *κινεισθαι εις αιωνα* Epicuri loco superius allato. Vide Gassendum *Tom. I pag. 118 et seqq.*



ΙΗΑΘΡΟΙϹΜΑΤΟΔΕΤ
ΝΠΡΟϹΑΓΟΡΕΥϹΑΙΜΕΝ
ΑΛΛΑΚΑΙ ΑΤΟΜΟΥϹΚΑΙ
ΗΙΚΙΝΟΥΜΕΝΑϹΑΤΟΜΟΥϹ
ΗΑΘΡΟΙϹΜΑΚΑΙΜΗΜΟ
ΝΟΝΑΥΤΟΤΟΚΑΤΑΚΙΝΕΙϹ
ΘΑΙΛΕΓΟΝΤΑΠΟΙΚΙΛΗΝ
ΤΩΝϹΥΛ
ΝΠΑϹΙ ΥΤΟ
ΑΤΑϹΥΜ

C. VI

ΤΑΠΟΛΛΑΤΩΝ ΩΝΚΑ
ΤΑΛΕΙΠΟΝΤΩΝΕΝΤΟΙϹΥ
ΠΟΚΕΙΜΟΝΟΙΟ ΝΕΤΕΡΑ
ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝΤΑΜ
ΚΑΤΕΙΔΩΛΩΝΕΜ
ϹΕΙϹΤ ΑΕΙϹΑΠΕΙ
ΠΤΩΝΔΟΞΑΖΟΥϹΙ
ΚΑΙΑΝ ΤΩΑΠΕ
ΠΤΟΙ ΤΑ
ΑϹ ΙΝ
ΜΑΝ
ΥΤΟΙ
ΛΛΟΓ

C. VIII

Fr. Casanova dis. R. Biondi inc.

COLUMNA VI.

και η αθροισμα το δε τι ον προσαγορευσαιμεν, αλλα και η ατομους, και η κινουμενας ατομους, η αθροισμα, και μη μονον αυτο το κατακινεισθαι λεγοντα, ποικιλην παντων συμπλοκην

vel congeriem quamdam (*atomorum*) adpellare possimus, sed vel atomos, vel se moventes atomos, vel congeriem (*atomorum*), et non solum qui hanc ipsam moveri dicit, varium rerum omnium complexum

SCHOLIA IN COL. VI.

Vers. 1. *η αθροισμα το δε τι* etc. Et superioris columnae, et huiusce ipsius mutilatio quid sibi heic proprie velit Epicurus, constituere vetat. Quantum autem adrepere coniectando possumus, contendere videtur non adpellari posse solum (hanc fortasse rerum universitatem) *congeriem veluti quandam atomorum*, αθροισμα το δε τι, vel tale aliquid (quod nunc deest), sed omnino *vel atomos, vel se moventes atomos, vel congeriem atomorum*; siquidem ex atomis sese moventibus, sibique invicem cohaerentibus corpora ipse omnis compsita opinabatur. Vide Diogenem Laërtium *Libr. X. et* Gassendum *Animadvers. pag. 104. et seqq.* Porro quod heic Noster αθροισμα vocat, alibi dixit *τας εν αθροισμασιν ατομους congregatas*, vel *coacervatas atomos* (Idem Laërtius *eod. Lib. X*) vel, ut vertit Gassendus, *massam atomorum. Animadvers. in Libr. X. Diog. Laërt. pag. 25.*

Vers. 6. et seqq. *αυτο το καταληπτεσθαι λεγοντα* etc. Nulla aptior horum verborum interpretatio nobis visa est, quam quae textui adscripta: plenam sententiam nobis eripuit hiatus. Interea *συμπλοκην* supplevimus *versu 8.* et quod rerum ratio eam potissimum vocem requirebat, et quod eamdem illam insinuabant tres illae litterulae *συμ* ultimo versu occurrentes. Ceterum, ut plerumque in antecedentibus, sic in hac quoque pagina bis librarii oscitantia peccatum est: *vers. 4.* ῃ pro η, *vers. 5.* μῃ pro μη.

COLUMNA VIII.

τα πολλα των τινων καταλειποντων εν τοις ὑποκειμενοις, των ἑτερα δοξαζοντων, τα μεν κατ' ειδωλων εμπτωσεις τινα εις απεριληπτων δοξαζουσι ειδη και αν δη λεγω, απεριληπτ' οιητεον ου τα μεν, ἁ συλλαμβανειν αυτοι μη αν βουλονται, μαλλον δε . . . .

multa quibusdam praetermittentibus in iis, quae disputanda suscipiunt, quibusdam alia opinantibus, illis profecto, qui aliqua, quae ad imaginum incursiones pertinent, ex genere eorum, quae comprehendi non possunt, esse existimant, dico ego quidem incomprehensibilia putanda non quae intelligere ipsi nolunt; sed potius . . . .

SCHOLIA IN COL. VIII.

Vers. 2. et seq. ὑποκειμενοις. Sic quidem legendum, non ὑποκειμενοιο, ut in textu, ubi videas extremum *α* obelo infixum; quae nota admissi erroris est.

Vers. 5. εμπτωσεις. Ita eam vocem statuendam duximus, Ciceronis auctoritate moti, qui eo loquendi genere usus est ad Atticum *Libr. II. Epist. III. Vides enim cetera; nam si κατ' ειδωλων εμπτωσεις videremus, valde laborarent ειδωλα in angustiis.* Iam quid τα ειδωλα apud Epicurum, satis constat ex Laërtio *Libr. X.* Και μην τυποι ὁμοιοσχημονες τοις στερεμνιοις εισι λεπτοτησιν απεχοντες μακραν των φαινομενων· ουτε γαρ συστασεις αδυνατουσιν εν τω περιεχοντι γινεσθαι τοιαυται, ουτε επιτηδειοτητες εις τας κατεργασιας των κοιλωματων, και λεπτοτητων γενεσθαι· ουτε απορροιαι την εξης θεσιν, και ταξιν διατηρουσαι, ἡν περ και εν τοις στερεμνιοις ειχον· τουτους δε τους τυπους ειδωλα προσαγορευομεν. *Sunt vero et quaedam effigies, quae corporibus solidis delineatione consimiles superant longe sua tenuitate quidquid est rerum conspicabilium. Neque enim formari repugnat etiam in medio aëre huiuscemodi quasdam contexturas, neque esse dispositiones ad operandum huiusmodi cavitates, et tenuitates; neque fieri repugnat effluxiones quasdam, in quibus idem positus, idemque ordo, qui fuerit in solidis, servetur. Tales autem effigies idola adpellitamus.* (Ita legit, atque interpretatur Gassendus *pag. 18.*) Lucretius *simulacra*, *et effigies* dixit *Libr. IV. vers. 34.*

......Rerum simulacra vocamus,
Quae quasi membranas summo de corpore rerum
Decerptas volitant ultro, citroque per auras.

Et vers. 46.

Dico igitur rerum effigies, tenuesque figuras
Mittier ab rebus summo de corpore earum,
Quae quasi membranae, vel cortex nominitanda est,
Quod speciem, ac formam similem gerit eius imago,
Quoiuscumque cluet de corpore fusa vagari.

Εμπτωσεις vero ειδωλων sunt Epicuro *incursiones imaginum*, quas ειδωλων εισκρισεις *simulacrorum insinuationes* vocavit Plutarchus *Placit. Philos. Libr. II. Cap. XIII.* Epicurus enim censebat per horum simulacrorum adparentiam visionem, cogitationemque in nobis fieri. Sic enim apud Laërtium *Libr. X in Epist. ad Herodot.* ut legit Gassendus *pag. 19.* Δει δε νομιζειν επεισιοντος τινος απο των εξωθεν τας μορφας ὁραν ἡμας, και διανοεισθαι· Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την ἑαυτων φυσιν τουτε χρωματος, και της μορφης δια του αερος του μεταξυ ἡμων τε, κακεινων, ουδε δια των ακτινων, η ὡν δηποτε ρευματων αφ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων, ουτως ὡς τυπων τινων επεισιοντων ἡμιν απο των πραγματων, απο χροων τε, και ὁμου μορφων κατα το εναρμοστον μεγεθος εις την οψιν, η την διανοιαν ωκεως ταις φοραις χρωμενων· Ειτα δια ταυτην την αιτιαν....καταλαβωμεν την φαντασιαν επιβλητικως τη διανοια, η τοις αισθητηριοις ειτε μορφης, ειτε συμβεβηκοτων· *Reputandum porro est ideo externas rerum formas a nobis videri, ac intelligi, quod aliquid extrinsecus ex ipsis ad nos adlabatur. Neque enim perinde intelligi potest res externas, et a nobis dissitas imprimere nobis quasi sigillatim quamdam sui colorisque, atque formae speciem, intercedente aëre nos inter, et ipsas intercepto. Neque etiam id fieri intervenientibus radiis, aut effluxibus aliis quibuscumque ex nobis ad ipsas promanantibus, ac fieri id dicitur, quod effigies quaedam advenientes ex ipsis rebus, coloreve simul, formaque ipsarum incurrunt in nos, et servata congrua magnitudine, celeriterque admodum traslatae in nostrum tum visum, tum animum subeunt. Subinde vero ob hanc causam....intuitive tam mente, quam oculis adparentiam percipimus sive formae, sive adiunctorum.* Lucretius quum multa, ac varia de imaginibus disseruisset, tum haec addit ad rem nostram *Libr. IV. vers. 238.*

Esse in imaginibus quapropter causa videtur
Cernendi, neque posse sine his res ulla videri.

Et mox *vers. 240.*

Nunc ea, quae dico, rerum simulacra feruntur
Undique, et in cunctas iaciuntur dissita partes;
Verum nos oculis quia solis cernere quimus,
Propterea fit, uti, speciem quo vertimus, omnes
Res ibi eam contra feriant forma, atque colore.

Quo in loco *formae*, *et coloris* Epicureas voces licet agnoscere. Adposite Cicero *de Finib. Libr. I. Cap. VI. Imagines, quas* ειδωλα *nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus.* De hac opinione Epicuri prae aliis Macrobius *Saturnal. Libr. VII. Cap. XIV. Censet Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quaedam simulacra manare, nec unquam tantulam moram intervenire, quin ultro feriant inani figura cohaerentes corporum exuviis, quarum receptacula in nostris oculis sunt, et ideo ad deputatam sibi a natura sedem proprii sensus recurrunt.* Agellius vero *Libr. V. Cap. XVI. Epicurus*, inquit, *effluere semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat.* Heic *inferre* idem est ac επεισιεναι Epicuri; επεισιεναι vero id ipsum fere, quod εμπιπτειν, unde εμπτωσεις *incursiones* in textu.

Vers. 6. Απεριληπτων etc. Απεριληπτα dicuntur, *quae comprehendi non possunt;* ea vox aliquando sola adhibetur, saepius cum νοησει, vel διανοια coniungitur. Απεριληπτος διανοια a Theologis κατ' εξοχην vocatur Deus, *qui mente* scilicet *comprehendi non potest.* Vide *Schol. in Col. III. pag. 2.*



Τ ΓΚΩΝΕΙΝΕΙΠΑΙϹΩ
ΜΑΤΙΚΩΝΠΕΠΟΙΗΜΕ
ΝΟΝΕΙΤΑΤΟΚΟΙΝΟΝΕΑΥ
ΤΗϹΕΠΕΘΕΩ Η ΕΥΠΑ
ΘΟϹΩϹΟΥΔΕΔΙΑΝΟΗ
ΝΑΙΑΜΑΔΥΝΑΤΑΙΤΑ
ΡΕ ΤΟΥΤΩΝΑΝΤΕϹ
Μ ΤΑ ΜΟΝΑΝΤΕΚΑ
ΤΟΝΤ ΝΠΡΟϹΑΝΑ

C. IX

ΑΥΤΩΙΚΑΤΑΤΟΩΜΟΙΟΝ
ΚΑΙΑΔΙΑΦΟΡΟΝΕΑΥΤϹΝ
ΗΘΗϹΕΤΑΙΔΙΑΝΟΕΙϹΘΑ
ΙΟΜΕΝΟϹΤΙΝΟϹΤΑΥΤΗΙ
ΤΟΥΝΟ ΥΜΕΝΟΝΥΕΝΤΟ
ΑΛΛΑΚΑΙΕΦΕΑΥΤΟΙϹΕ
ΑΥΤΩΙ ΑΛΛΩΝΚΑ
ΟΤΙΑ ΕΙΤΙΝΙΕΑΥ
ΟΝΑ
ΗΔ ΩϹΤ

C. X

Gio. Casanova dis. *R. Biondi inc.*

COLUMNA IX.

. . . . . . ' . . ζχιερον τη
φυσει ουκ εκ των του-
τ' ογκων δειν ειναι σω-
ματικων πεποιημε-
νον · ειτα το κοινον ἑαυ-
της επιθεωρησ' αυ πα-
θος, ὡς ουδε διανοηθη-
ναι ἁμα δυναται τ' α-
ρ' εκ τουτων αυτε σχη-
ματα ὁμου, αυτε και
τον τροπον προς ανα-
λογιας; . . . .

. . . . manifestum est, non id natura ipsa sua dicendum esse corporeis magnitudinibus compositum. Itaque communem eius ipsius (*naturae scilicet imaginum*) adfectionem recte is vidit, non potest autem post haec intelligere simul et formas pariter, et modum per proportiones? . . . .

Vers. 3. *των ογκων* etc. Quum perdifficilis intellectu sit tam huiusce, quam eius, quod sequitur, fragmenti sententia, nos breviter proponemus opinionem nostram, cuiuscumque illa momenti fuerit, aut doctis se probaverit. Et primum adverte *το ιν vers. 3.* perperam scriptum etiam in *αυτογραφω*, quod accurate inspeximus, pro *δειν*, nec pariter placere nobis *το ειπαι* eodem versu, utut illud habet ipsum *αυτογραφον*, pro quo aptius fortasse *το ειναι*, unius litterulae mutatione; tum *ογκους σωματικους*, *corporeas magnitudines* nos reddidisse prorsus ad Gassendum, qui eodem modo Laërtium reddidit in iis verbis *Lib. X.* *Ου δει νομιζειν εν τω ὡρισμενω σωματι απειρους ογκους ειναι.* *Non est putandum in corpore finito magnitudinis partes esse infinitas.* Sed ut sententiam videamus, aio huiusce pagellae verba de ipsa *των ειδωλων* tenuitate, adposite ad superiorem paginam, adcipi posse, ut nempe dicat Epicurus, *το ειδωλον* manifestum esse *ουκ εκ των ογκων δειν ειπαι*, (vel *ειναι*) *σωματικων πεποιημενον*, *non debere dici*, (*aut esse*) *corporeis magnitudinibus compositum.* Id autem omnino concinit cum eiusdem auctoris verbis apud Laërtium *Lib. X.*, ubi de *ειδωλοις* inquit, quod *λεπτοτησιν ανυπερβλητοις κεχρηται*, *insuperabili tenuitate praedita sunt*, et *λεπτοτησιν απεχει μακραν των φαινομενων*, *superant longe sua tenuitate quidquid est rerum conspicabilium.* Quod vero ad *σχηματα*, arbitramur vocasse heic Epicurum *τα σχηματα*, quae apud Laërtium *τυπους* vocat in definitione *του ειδωλου* *Lib. X.* *Και μην και τυποι ὁμοιοσχημονες τοις στερεμνιοις εισι λεπτοτησιν απεχοντες μακραν των φαινομενων*; *sunt vero et quaedam effigies, quae corporibus solidis delineatione consimiles superant longe sua tenuitate quidquid est rerum conspicabilium.* Lege cetera *in Schol. ad Col. VIII.* Quod certum est, *τυπους* Epicureos Cicero reddidit *imagines*, Quintilianus *figuras*, Lucretius *simulacra*, *effigies*, *figuras*. *Lib VI.* variis locis; quae omnia *τοις σχημασι* belle respondent: *τον τροπον* vero nomine intelligi potest ipsius earum figurarum generationis modus, quem Epicurus varium, se multiplicem esse docuit. Audi Laërtium *eodem Lib. X.* *Προς δε τουτοις ὁτι ἡ γενεσις των ειδωλων ἁμα νοηματι συμβαινει. Και γαρ ῥευσις απο των σωματων επιπολης συνεχης ουκ επιδηλος σημειωσει δια την αναπληρωσιν σωζουσα την επι του στερεμνιου θεσιν, και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον, ει δε ενιοτε συγκεχυμενη ὑπαρχει. Και συστασεις εν τω περιεχοντι οξειαι δια του μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι. Και αλλοι δε τροποι τινες γεννητικοι των τοιουτων φυσεων εισιν· ουδεν γαρ τουτων αμαρτυρει ταις αισθησεσιν, αν βλεπη τις τινα τροπον της εναργειας, ινα και τας συμπαθειας απο των εξωθεν προς ἡμας ανοιση.* *Ad haec sciendum est, procreationem huiusmodi simulacrorum temporis puncto peragi. Videlicet eorum effluxus ad superficiem indesinens discerni sigillatim nequit, quod suppleatur, ac servet eumdem atomorum positum, atque ordinem, qui in ipsa solidi superficie fuerit, idque in multum tempus, tametsi tandem confundantur. Quod si ex eorum genere sint, quae sunt quaedam in aëre contexturae, sunt ipsa quoque ortu veloci, quod secundum profunditatem ea compleri nihil sit necesse. Praetereo esse et alios modos, quibus naturae hae gigni possunt, quando tale nihil horum sensibus repugnat, si quis quodammodo ad ea, quae evidentia sunt, attendat, et ea, quae ex rebus externis consentanea sunt, ad nos referat.* Epicuri mens de variis hisce *γενεσεως* modis luculentius patet ex Lucretio *Lib. IV.* qui post expositum praecipuum generationis modum subicit *vers. 130.*

Sed ne forte putes ea demum sola vagare,
Quaecumque ab rebus rerum simulacra recedunt,
Sunt etiam quae sponte sua gignuntur, et ipsa
Constituuntur in hoc coelo, qui dicitur aër;
Quae multis formata modis sublime feruntur,
Nec speciem mutare suam liquentia cessant.

Vide Gassendum *Vol. I. pag. 129.* *Numquid igitur*, (ait Epicurus, ut ad papyrum nostram redeamus) *qui vulgarem του ειδωλου adfectionem novit*, (quod nempe levibus, non gravibus partibus corporeis constat,) non *intelligere is pariter poterit et figuras, et multiplicem existendi modum προς αναλογιας per proportiones*, alia scilicet cum aliis comparando, vel alia aliis referendo, si labore, ac diligentia uti velit? Vide *seq. Col.*

COLUMNA X.

. . . . νομιειται συμβαινειν
ἑαυτῳ κατα το ὁμοιον,
και αδιαφορον ἑαυτον ου
δη θησεται, διανοεισθαι
οιομενος τινος ταυτη
του νοουμενου εν τοις,
αλλα και εφ' ἑαυτοις ἑ-
αυτῳ δ..ν αλλων, και . . . . .

. . . . . . existimabit contingere similiter sibi, nec indifferentem sane se ipse statuet, putans ex eo, quod aliquid intellexerit eo modo in his rebus, et (*alia*) se intelligere, quin post haec opus sibi esse aliis . . . .

SCHOLIA IN COL. X.

Vers. 1. νομισεται συμβαινειν etc. Duo haec, quae addidimus e penu nostro verba, complendae sententiae necessaria duximus. Ergo huiusce pagellae fragmentum non nisi appendicula superioris est, monetque Auctor, eum, qui unam, alteramque rem cognoverit, puta in aliqua disquisitione, vel disputatione, cetera pariter per αναλογιας intelligere posse, si diligentiam adhibuerit ad ea ipsa exquirenda, atque expendenda. Id ex misellae columnae reliquiis eruere datum est.

Vers. 5. αδιαφορον etc. Αδιαφορον εαυτον τιθεναι, ad verbum *indifferentem se ipsum ponere, vel indifferentem esse.* Recte vero Budaeus *pag.* 409 αδιαφορους homines, *negligentes, et discrimen rerum non attendentes* vocatos ait; quae docti viri interpretatio huic loco perbelle quadrat. Quin etiam το αδιαφορειν eodem sensu adcipi posse probat Idem ex Chrysostomo *cit. pag.* Ει δε τις αδιαφοροι, *Si cui curae non est.* Latini *sus deque ferre*, vel *negligere* pro *indifferentem esse* dicere malunt.

Vers. 6. νοουμενου etc. In αυτογραφῳ νοουμενουν; sed litterula ν obelo infixa, male additam indicat. Sic etiam *versu* 1. ωμοιον prave scriptum pro ὁμοιον, *et vers.* 5. διανοηθαι ultima caret littera.



ΘΗϹΕΤΑΙΔ ΝΑ
ΛΛΗΘΞΕΙΠΤΟ ΚΑ
ΘΑΥΤΩΙΑΥΤΟΛΕΓΕϹΘΑΙ
ΔΙΑΝΟΕΙϹΘΑΙΠΑΝΤΑΓ
ΑΥΤΩΠΕΡΙΕΑΥΤΩΝΚΑ
ΤΑΠΑΝ ΤΟΝΑΝΑΙϹ
ΗΤΟΥ ΥΤΚΑΝ
ΨΑΤ ΠΙΔΟΓ ΜΕΝ
ΚΕΒ ΝΛΑΒΕΙ
Ο Ν Π ΕΠΑΙϹ
ΗΜΕΙ ΛΛΑ
Τ ΝΠΤΟΝ ΝΦΗ
ΟΝ
Γ

C. XI

ΟΛΕΙΤ ΝΚΑ
ΙΕΙϹΟΔΟΝΠΛΩΝΑ
ΠΟΓΕΓΕΝΝΩΜΕΝΩΝ
ΑΤΑΔΕΒΑΘΟΜΟΥΡΗϹΙΝ
ΚΑΙΠΟΥΚΑΙΤΟΜΗΛΙΩΡΟΥ
ΜΕΝΟΝΤΗϹΦΥϹΕΩϹΑΛ
ΛΑΤΟΥϹΝ ΤΩΙ
ΛΟΥ ΜΗΝΚΑ
ΛΕ ΟΝΛΑΜΒΑ
ΗΕΛΑ

C. XII

Casanova dis — *R. Biondi inc*

COLUMNA XI.

. . . . ως εν πλανη ειναι δο-
κει, ει αν διανοεισθαι
υποθησεται δηπου τινα,
αλλ' η οξει πονω ολως, κα-
θ' αυτω αυτο λεγεσθαι,
διανοεισθαι παντα γ' εν
αυτω περι εαυτων, κα-
τα παν το αποπον, αναισ-
θητου δε του πλανην
(ψά) την αν επιδον · ὁ μεν

. . . . itaque in errore esse videtur, si censuerit cognoscere se posse aliqua sine acri omnino labore, quemadmodum ab eo dici, cognoscere se omnia, quantum in ipso est, de iis ipsis rebus, prorsus absurdum, et stolidi hominis errorem esse vidi. Is quidem . . . .

Vers. 1. ὡς εν πλανῃ etc. Quantum quidem ex antecedentibus interposito hiatu colligere licet, eamdem heic rem tractat Epicurus, neminem scilicet posse sine acri labore aliqua cognoscere, nedum omnia; quod stolidi hominis iure esse dicit. Igitur αλλ' η οξει πονῳ *sine acri labore* huius pagellae *vers. 4.* respondet αδιαφορον ἑαυτον ου δη θησεται *indifferentem* vel *negligentem haud se ipse statuet vers. 3. et 4.* alterius. Quod autem addidimus initio εν πλανῃ ειναι δοκει, ει αν διαναυσθαι etc. id e medio, et fine sumsimus, ut et verba, et sententiae apte congruerent.

Vers. 5 αυτῳ non αυτω, ut perperam in αυτογραφῳ. Itidem *vers. 8.* et *seq.* αναισθητου legendum, non αναισητου, ut in eodem αυτογραφῳ.

Vers. 10. (ΨΑ) Hae duae litterulae delendae, quum notulas quasdam in capite habeant; quod idem faciendum de prioribus litteris sequentis versus in textu. Illud mirandum, has ipsas notulas diversas esse. Nos interim manum heic de tabula, ne divinare potius, quam coniectare videamur.

COLUMNA XII.

. . . .
. . ολ', ειτε . . . .
. . εισοδον, πλην α-
πογεγεννημενων,
τα δε βαθ' ὁμουρησιν
και του, και το μη αιωρου-
μενον της Φυσεως· αλ-
λα τους . . δη τω . . .
λου . . . . μην και . . -
λιπ . . τον λαμβα . . .
. . . . . η ιλα . . .
. . . .

. . . . confecto navigationis cursu, sive ardua sint tota itinera, sive pervium habeant aditum: pervia autem loca eadem fere confinia (*habent*,) et nullam naturalem elationem. Sed quum multi nunc molestum putent suscipere laborem, ab eo se vinci timentes . . . .

Vers. 5. et seq. πλων απογεγεννημενων etc. In αυτογραφῳ legitur απογεγεννωμενων, quod manifestum σφαλμα esse videtur, ut haec ipsa papyrus fidem facit; nisi forte mavis Graecos praeter απογενναω habuisse etiam απογεννοω, quod novum veluti ρημα esset lexicis attexendum. Quid vero, si illud γε in απογεγεννωμενων tamquam supervacaneum, et prave additum demseris? tum vero fiet απογεννωμενων sine ulla prorsus labe erroris. Sed ut ad rem veniamus, nihil fere ex hoc fragmento exculpi potest, quod certae cuidam sententiae concinnandae sit aptum. Illud autem tuto adfirmare licet, priores sex versiculos comparationem quamdam, vel exemplum complecti a navigatione desumtum, quo fortasse utebatur Epicurus ad rem suam illustrandam. Et quidem πλων απογεγεννημενων ad navigationem pertinent, strictimque notant nautici cursus finem, quum ex alto naves invehuntur in portum. Nec vero abludunt cetera verba; τα βατα enim pervia loca sunt, et accessu facilia; δυσβατα vero, vel αβατα impervia, atque inaccessa. Quod vero ad ὁμουρησιν *vers. 5.* rara ea vox est, et, quantum video, ab Epicuro uno adhibita. Invenitur apud Laërtium *Lib.* X. ubi de animae facultatibus sermo est. Διο απαλλαγεισης της ψυχης ουκ εχει την αισθησιν, ου γαρ αυτο εν ἑαυτῳ ταυτην εκεκτητο την δυναμιν, αλλ᾽ ἑτερῳ ἁμα συγγεγεννημενῳ αυτῳ παρασκευαζεν, ὁ δια της συντελεσθεισης περι αυτῳ δυναμεως, κατα την κινησιν συμπτωμα αισθητικον ευθυς αποτελουν ἑαυτῳ απεδιδου κατα δε την ὁμουρησιν, και συμπαθειαν κακεινῳ, καθαπερ ειπον. *Quare anima discedente sensu expers fit; non enim ipsum ex seipso hanc facultatem possidebat, sed adparebat alii rei congenitae sibi, quae per facultatem in ipso collaboratam actum sentiendi illico pro sua motione exserens tum sibi ipsi, tum illi quoque sensum, ut dixi, ob viciniam, cohaesionemve, atque consensionem tribuebat.* Ita quidem Gassendus *pag. 26.* qui την ὁμουρησιν *viciniam* interpretatur, sive, ut explicat, *cohaesionem*, utrumque μεταφορικως: alii vertunt *communes fines* etiam per μεταφοραν. Sed heic ὁμουρησις proprie adcipienda est; siquidem tam ὁμουρεω, quam quae ab illo derivantur voces, proprie dicuntur de locis, quibus iidem fines, seu termini sunt, nullamque sua ipsa natura elationem habent, ut sequentibus versiculis additum est.

Vers. 5. Τα etc. In *αυτογραφῳ* legitur ατα, sed primum illud α obelo infixum delendum esse ostendit.

Vers. 7. et seq. Αλλα τους etc. Hinc, ni fallimur, ad propositum redit Epicurus; quumque laborem ad res intelligendas necessarium superioribus paginis docuisset, multos sua aetate esse queritur, qui illum suscipere detrectabant, quod ab eo se facile vinci timerent. Ea quidem sententia pronior se nobis offert, eique supplementi nostri rationem aptavimus.



ΘΟϹΑΝΑΛΟΓ · ΙΩΝΕΔΕΙΜ ΛΛΟΝ
ΕΝΕΓΕΙΡΕΤΟΠΡΟϹΤΟΩΡΙϹΜΕΝΟΝ
ΚΑΙΤΑΠΑΝΤΑΕΞΕΛΕΓΧΟΝΤΗϹ
ΑΝΑΦΟΡΑϹΓΙΝ·ΜΕΝΗ ·ΑΥ
ΠΡΟϹΔΟΡΙϹΤΑΚΑΙΚΡΙϹΕΩϹΠΡΟϹ
ΔΕΟΜΕΝ·Ν ΑΥΤΗΔΑΥΠΑΝΙΝΗ
ΤΟΥΤΕΥΜΝΓ ·ΗΑΝΑΛΟΓΙϹ· ΝΗ
ΜΗΙΚΙΝΗϹΕΙϹ· ΑΜΕΝϹΥΝΕΓΕΓΕΝ
ΤΟΕΥ ΥϹΤΑΔ· ΥΞΗ ΟΤΗΝ
ΝΕΧΟΥϹΑΚΑΙΤΗΝΑ ΤΙΑΝ
ΝΤΟΙΠΡ · ΤΕ ΥϹΤΑϹΕΙ
ΗΤΕΑΤΟΜΩΝΑΜΑΚΑΙΤΑ
ΟΓΕΝΝΙΘΕΝΤ ΔΕΤΕΙΕ
-ΟΜΕΝΙ ΑΝΤΑΔΡΩ
ΑΚΑΙΑΥ
ΗΜΕ
ΤΙΞΟΥ

C. XV

ΝΕϹΘΑ ΑΤΑΤΟΝ ΕΙΡΗΜΕ
ΝΟΝΤΡΟ ΝΚΑΙΤΩ Ν
ΑΠΕΡΙΑϹΤΙΚΑΕΙΝ ΟΛΛΑΔΕ
ΚΑΙΤΩΝΔΕΚΑΙΤΩΝ ΗϹΙΝΕ
ΧΟΝΤΑΑΠΕΡΓΑϹΤΙΚΑ ΝΕϹΘΑΙ
ΔΙϹ ΥΤΑϹΓΙΝΕΤΑΙΑ
ΤΙΚΑΟΥΔΙΑΤΗΝΑΥΤΗΝΑΙΤΙΑ
ΤΩΝΤΕΑΤΟΜΩΝΚΑΙ ΑΥΤΩΝΟΙ
ΑΗΚΑΙΜΑΛ ΤΑΜΑΧΟΜ ΘΑΚΑΙ
ΕΠΙΤΙΜΩΜΕ ·ΟΥΝΤ ΚΑΤΑ
ΤΗ ΑΡ ΡΑ· Ω· ΦΥ
ϹΙΝΕΧΟΝΤΑΚΑ ΠΕΡΕΠΙΤΩΝΠΑ
Τ·ΝΞΩΙΩΝ Θ ΓΑ ΑΥ·
ΗΡ ΗΚΕΙ ΙΛΕΡΓΑΤ
ΜΕ Ε ΙΕΡΓΑ ΑΙΔΙΑΘΕΙ-
ΤΟΜ ·ϹΙϹΑΙ ·ΑΥ
ΕΓΓ
ΝΠΑ

C. XVI

Gio Casanova dis *Bart. Orazy inc.*

COLUMNA XV.

. . . . πλη-θος αναλογιων, ὧν εδει, μαλλον ενηγειρετο προς το ὡρισμενον· και τα παντα εξηλεγχον, της αναφορας γινομενης παρ αυ προς αοριστα, και κρισεως προσδιομεν.. Αυτη δ' αυ παλιν ἡ τουτων μνημη, ἡ αναλογιων μνημη κινησις τα μεν συνεγεγενητο ευθυς, τα δ' ηυξητο, την αρχην εχουσα, και την αιτιαν μεν τοι πρωτ' εν συστασει των τε ατομων ἁμα και ταις προγεννηθεντων · α δ' εστ' ει εστι, ..ομενως παντα δρω-.ιν . . . .

. . . . copia proportionum, quibus opus erat, magis (*ab eo*) corrogabatur, (*referendo eas*) ad definitum; at ego omnia redargui, quum rursus eae referantur ad indefinita, atque incerta. Haec iterum huiusce rei mentio; proportionum mentioni motus partim quidem congenitus protinus erat, partim vero incrementum adcepit, initium habens, et causam primum quidem in coagmentatione atomorum, et earum rerum, quae progenitae cum ipsis sunt; quae si praeterea *sic* se habent, consequenter omnia, quae facta sunt. . . . .

Vers. 1. et seq. πληθος etc. Hanc quidem vocem postulabat sententia, ut plena incederet. Ad eiusdem vero sententiae explanationem intelligi illud debet, quaestionem fuisse Epicuro nostro cum eodem illo, quocum contendit in hoc volumine, quibusdam de rebus, quae ad atomos, earumque motum pertinentes multarum αναλογιων ope declarabantur; quas Noster non προς το ὡρισμενον, *ad id nempe, quod definitum, ac certum est*, sed προς τα αοριστα, και κρισεως προσδεομενα *ad indefinita scilicet, atque incerta referendas arguit.* Cuiusmodi vero hae res fuerint, quis deficiente omnino superiori pagina hariolabitur? Satius erit ostendere, quid nomine αναλογιων, quarum heic iterata mentio est, intellexerint veteres. Cicero in *Plat. Tim. Quae Graece αναλογια*, inquit, *(audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) comparatio, proportiove dici potest.* Quintilianus *Libr. I. Instit. Orator. Cap. IV.* Αναλογιαν *quidam a simili separaverunt; nos eam subiectam huic generi putamus. Nam ut unum ad decem est, et ut hostis, sic et malus civis; quamquam haec ulterius quoque procedere solent. Capit.* autem *VI. Omnia tamen haec exigunt acre iudicium*, αναλογια *praesertim, quam proxime e Graeco transferentes in Latium proportionem vocaverunt: eius vis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaeritur, referat, et incerta certis probet.* Quae quidem postrema verba huic Epicuri loco mirifice favent.

Vers. 3. ενηγειρετο etc. Non ενηγειρετο, ut in αυτογραφω: idem σφαλμα in τω εξελεγχον *vers. 4.* pro εξηλεγχον. Εναγειρειν vero *colligere*, *congregare*, quum in veteribus lexicis desit, recentiora pleraque habent, maxime *Edit. Parisiens. Henric. Steph.* qua potissimum utimur, ubi Scholiastes Oppianiei Hal. ad ea verba ex *Il. 351.* Λαων εναγρομενων αγορῃσι *propulorum congregatorum concionibus*, illud εναγρομενων (per συγκοπην pro εναγειρομενων) explicat συναθροιζομενων, συναγομενων, *coniunctorum*, *coeuntium.* At nobis placuit το εναγειρειν eadem sui simplicis notione heic sumere: αγειρειν enim non modo *colligere*, vel *congregare* sibi vult, sed interdum *corrogare*, vel *emendicare*; (exemplis in re notissima supersedemus:) quare πληθος αναλογιων εναγειρειν potest heic esse *copiam proportionum emendicare*, vel *emendicando colligere;* cui interpretationi in primis favet illud etiam ὧν εδει eodem versu: quo enim quis indiget, non tam quaerere, quam emendicare videtur.

Vers. 8. αναλογιων μνημη etc. Spatii angustiae in αυτογραφω extremo in versu tres litterulas vix capere posse videntur. Quapropter librarii festinantia το μ omissum in μνημη putamus; nec enim aliter prorsus statuenda heic lectio est.

Vers. 12. εν συστασει των τε ατομων etc. Συστασιν heic intellige *constitutionem*, vel *coagmentationem.* Igitur συστασις των ατομων idem est, ac quod saepe Epicurus ipse dicit συγκρισιν των ατομων, *concretionem*, vel *compositionem atomorum* apud Laërtium *Lib. X. in Epist. ad Herod.* Ceterum eadem in Epistola hac ipsa voce συστασις, quin et τω συνιστασθαι non raro utitur: Ουτε γαρ συστασεις αδυνατουσιν εν τω περιεχοντι γινεσθαι τοιαυται. *Neque enim formari repugnat in medio aëre huiusmodi compositiones.* Et mox: Και συστασεις εν περιεχοντι οξειαι: *Et contexturae* (ex Gassendo) *in aëre sunt ortu veloci.* Atque haec de τυποις, sive ειδωλοις: de compositione autem corporum paulo post: Ουχ ὡσπερ τι μεν συμπεφορημενον, ὡσπερ όταν εξ αυτων των ογκων μειζον αθροισμα συστη, ητοι των πρωτων, ητοι των καθ' όλου μεγεθων, ά συστη εκ τινων ελαττονων, αλλα μονον, ὡς λεγω, εκ τουτων απαντων την ἑαυτου φυσιν εχον ιδιαν. *Non sane quod corpus exinde tale quid evadat, qualis evadit moles maior contexta ex minoribus, illisque aut primis, minimisque, aut grandiusculis, et universe contextis ex aliis minutioribus, sed solum quod, quemadmodum dixi, ex iis omnibus propriam sibi naturam possideat.* Ita Gassendus *Animadvers. pag. 27. et seq.*

Vers. 13. προγεννηθεντων etc. Hanc nobis optare vocem libuit. Censebat enim Epicurus ex atomorum compositione primum corpuscula parva quaedam, mox grandiora compingi, eademque ratione se motum habere, a minoribus nempe corporibus gradatim ad maiora procedendo. Audi Lucretium perbelle rem narrantem *Libr. II. vers 132.*

Prima moventur enim per se primordia rerum;
Inde ea, quae parvo sunt corpora conciliatu,
Et quasi proxima sunt ad vires principiorum,
Ictibus illorum caecis impulsa cientur,
Ipsaque, quae porro paulo maiora lacessunt:
Sic a principiis ascendit motus, et exit
Paulatim nostros ad sensus, ut moveantur
Illa quoque, in solis quae lumine cernere quimus,
Nec quibus id faciant plagis, adparet aperte.

Ceterum nil vetamus, quin legatur, si placet, απογεννηθεντων.

COLUMNA XVI.

και τω απεργαστικα φαινεσθαι κατα τον προειρημενον τροπον, και τω την φυσιν απεργαστικα ειναι. Πολλα δε και των δε, και των ου φυσιν εχοντα, απεργαστικα φαινεσθαι δι' ἐ..υτα συνγινεται, α... ; απεργαστικα ου δια την αυτην αιτιαν των δε ατομων και δ' αυτων· οἱ δη και μαλιστα μαχομεθα, και επιτιμωμεν τα ουν τι κατα την αν αριστην παρα δ' ὡς γε φυσιν εχοντα, καθαπερ επι των παντων ζωων . . . .

et quod efficaces adparent (*res illae*) secundum praedictam rationem, et quod natura sunt efficaces. Multae autem aliae, atque aliae res quum naturam non habeant (*ut sint efficaces,*) solent adparere per se ipsae efficaces; veruntamen non sunt efficaces eamdem ob causam, atque atomi: nos quidem maxime obluctamur, nec admittimus res illas aliquam vim tamquam praeter (*suam ipsam*) naturam habere, quemadmodum in omnibus animantibus . . . .

SCHOLIA IN COL. XVI.

Vers. 5. et seq. *και τω την φυσιν απεργαστικα ειναι* etc. *Απεργαστικος* adhuc in Lexicis desideratur; ceterum facilis est eius vocis notio, quum ab *απεργαζομαι* derivetur, quod Cicero interpretatur *efficio* in *Plat. Tim.* Nos *τα απεργαστικα* reddidimus *efficacia*, quamvis melius fortasse redderentur *efficientia*, ad Epicuri mentem sic propius accedendo. Is enim hoc in fragmento de efficientia atomorum tractare videtur, illudque in primis contendit, atomos vim efficiendi natura habere; res plerasque alias, quae eadem vi praeditae dicuntur, videri, non esse natura ipsa sua efficientes. Iam quae fuerint huiusmodi res, ex miserae papyri laciniis nosse non licet; atomos vero natura vim efficiendi habere, nil mirum et heic, et alibi Epicurum praedicare, quum eas primam causam omnium rerum fecerit. Vide Gassendum in *de Physiolog. Epicur. Animadvers. pag. 119.* Hinc *τας αρχας* atomos adpellavit, *principia* scilicet, et *fundamenta rerum* in *Epist. ad Herod.* apud Laërtium *Lib. X.* qui unus locus toti huic pagellae illustrandae satis erit. *Και μην και των σωματων τα μεν εστι συγκρισεις, τα δ' εξ ών αι συγκρισεις πεποιηνται· ταυτα δ' εστιν ατομα, και αμεταβλητα, ειπερ μη μελλει παντα εις το μη ον φθαρησεσθαι, αλλ' ισχυσειν υπομενειν εν ταις διαλυσεσι των συγκρισεων πληρη τινα φυσιν, άτε ουκ εχουσαν, οπη, η οπως διαλυθησεσθαι· ώστε τας των σωματων αρχας αναγκαιον ειναι ατομους, και αμεταβλητους φυσεις.* *Corporum porro alia concretiones sunt, alia sunt, ex quibus concretiones fiunt. Haec vero atoma sunt, et immutabilia, si futurum est quidem, ut omnia non intereant in nihilum, verum consistat, perseveretque plena quaedam natura, dum concretiones dissolvuntur, quippe quae non habeat, qua ex parte, aut quomodo dissolvatur: itaque necesse est, corporum principia insectiles esse, atque immutabiles naturas.* Quod quidem adeo stabat Epicuro, ut quatuor ipsa vulgaria elementa, non tamquam prima omnino rerum principia, sed tamquam secunda quaedam, magisque propinqua agnosceret, quum non prorsus *αγεννητα*, atque infecta essent, sed ipsa quoque atomis constarent. Vide Gassendum *ibid. pag. 103 et seqq.* qui totam Epicuri mentem ea de re explicat, adpositis Lucretii testimoniis de iis ipsis vulgaribus elementis. Iure igitur aiebat, pleraque alia non esse *απεργαστικα*, sed videri, nec esse *απεργαστικα* eadem ratione, atque atomos. En, quantum videre possumus, totus huiusce sententiae contextus.

Vers. 7. *συγγινεται*, non *συγινεται*, quod habet *αυτογραφον*.

Vers. 14. *ζωων* reposuimus pro *ζορων*.



Λ ΠΓΟΡΟΥΜΕΝ ΤΕ ΕѠCΚΑΙ
Τ ΤΑΥΤΟΗΚ ΙΑΥ ΗΠΡΟCΑΓΟ
Ρ ΜΕΝΗC ΚΑΝΚΑΤΑ ΑΝΟΙΑΝ
ΕΚΒΙΑΖΠΤΑ ΗΠΡ ΠCΥ
CΤ ΤΟΥΑΠΟΓΕΝΝΗΜΕΝ ΙΜΗ
ΕΞΑ ΑΓΚΗCΜΕΧΡΙΤѠΝΔΗΤΙΝѠΝ
ΤΟΓ CΑΠΟΓΕΝΝѠΜΕ
ΓΑΜ ΧΡΙΜ ΝΤΟΥΤΥΧΗΝ
ΘΑΙΗΚΑΙΤΟCΑ ΤΗΝΙΔΙΑ
ΚΑΙΚΙΝΗC ΕΧΟΥCΑΝΤ
ΑΝΑΓΚΗ ΕΛΠ
ΜΕΝΟΥΕΚ
ΑCΤ ΤΤΟΙΑ
CΕΞ ΙCΤΙ Ε
ΓΕΤ

C. XIX

ΤΙΠΡΑ ΑΛΛΑΤΑΥΤΑΠΑΝ
ΤΕΧΟΝΟΥΔ ΟΥΜΕΘΑΤΗC
ΑΙΤΙΑCΤΟΔ ΕΝΝΗ ΕΝΟΝ
ΑΛΛΕΝΤΙΠΟΙΟΥΝ ΑΤ ΚΑΙ
ΤΗΝCΥCΤΑ ΑΙΡ
ΜΕΝΤΟΔΟΥΝΟ ΝΤΤ
ΠΟΛΛΑΔΕ ΔΕΚΑΤΑΤΙΝΑCΕΘΙ
Μ ΑΝΟΥΝΟΥ Ε CΜΕΤΑ
Κ ΝΜΕΝ ΕΓΚΑΙΡΟΥ
ΜΕΝΕΝΤΗCΑΙΤΙΑCΚΑΤΑΝΑΓ
ΚΗΝ ΝΔΕΙΥ CΕΞΑΡΧ
ѠCΕΞ CΘΑΙΟΥΤΗ
ΑΥΤ ΕΚΕΙΝΑΠΕ ΑΡΜΟΝΙΑΝ
ΑΥΤΟΥ

C. XX

Gio. Casanova dis. *R. Biondi inc.*

COLUMNA XIX.

κατηγορουμεν δ' ετι φυσεως, και τουτ' αυτο· ἡ και αυτη προσαγορευμενη ουχ αν κατα δ' ανοιαν πως εκβιαζηται ἡ πρωτη συστασις του απογεννωμενου, μη εξ αναγκης μεχρι των δη τινων το πως απογεννωμενον, αλλα μεχρι μεν του ψυχην συγκεισθαι· Ηι και τοσαυτην ιδιαν φυσιν, και κινησιν εχουσ' αν ψυχη μεν, εξ αναγκης αν ουδε απογεννωμενου εκτος εστιν, ουδ . . . . .

incusabamus effecta naturae, et hoc ipsum. Non *igitur* per stultitiam exturbetur ea, quae dicta est prima compositio rerum (*ab atomis*) natarum, non quod natum est vi ad certa quaedam compellatur, sed usque ad animae compositionem (*pertingat:*) quum tantam propriam vim, ac motionem habeat anima, necessario quidem neque est extra id, quod natum (*ab atomis*) est, neque . . . . .

S C H O L I A I N C O L. XIX.

Vers. 2. et seq. Η' και αυτη προσαγορευομενη etc. Quum veluti per saltum a XVI ad XIX hoc fragmentum, absumtis ceteris, compulsi simus, seriem quidem rerum, et orationis filum exacte deprehendere nullo modo possumus. Videtur tamen heic Epicurus per quamdam ανακεφαλαιωσιν colligere, quae superioribus fortasse paginis disputaverat: hinc monet non exturbandam stulte esse eam, quam ipse dixerat, *primam compositionem rerum creatarum*, (ab atomorum profecto concursu) *non hoc ipsum creatum ad certa quaedam, sed usque ad animae compositionem producendum.* Quae quidem postrema verba in eam nos sententiam inducunt, ut arbitremur, antecedentibus columnis Epicurum de animae natura verba potissimum fecisse, quam ad του απογεννωμενου rationem aeque ac cetera revocabat, id est ad res omnes corporeas, quae natae ab atomis sunt. Epicurus enim opinabatur animam corpus esse, ut cetera, ἡ ψυχη σωμα εστι. Laërtius *Lib. X. in Epist. ad Herodot.* quod postea clarius etiam expressit, quum diceret, nihil incorporeum esse praeter solum inane; addit enim in eamdem sententiam: ὡσθ' οι λεγοντες ασωματον ειναι την ψυχην, ματαιαζουσιν· ουθεν γαρ εδυνατο ποιειν, ουτε πασχειν, ει ην τοιαυτη. *Adeo proinde ut qui dicunt animam incorpoream esse, ineptiant, neque enim agere, aut pati, si eiusmodi existeret, posset.* Quum igitur corpoream eam putaret, necessario ab iisdem principiis, quibus cetera corpora, animam quoque profectam docere debuit, ab atomis nempe, quas omnium rerum corporearum αρχας fecit. Nisi quod quum animam corpus quidem esse censeret, sed λεπτομερες παρ' ὁλον το αθροισμα παρεσπαρμενον (Laërtius *loco cit.*) *tenuissimum, per totam massam diffusum*, ac προσεμφερεστατον πνευματι θερμου τινα κρασιν εχοντι, *simillimum spiritui calida quadam natura contemperato*, non communibus quidem atomis, ac gravioribus, sed subtilissimis, et levissimis eam contexebat. Laërtius *Libr. X.* Αλλα μην και εξ ατομων αυτη συγκειται λειοτατων τε, και στρογγυλοτατων, ου πολλῳ τινι διαφερουσων των του πυρος. *Conflatur enimvero* (anima) *ex atomis laevigatissimis, ac rotundissimis, neque admodum diversis ab iis, ex quibus vulgo conflatur ignis.* Perquam apte Lucretius *Libr. III. vers. 162.*

Haec eadem ratio naturam animi, atque animae
Corpoream docet esse: ubi enim propellere membra,
Corripere ex somno corpus, mutareque voltum,
Atque hominem totum regere, et versare videtur,
(Quorum nil fieri sine tactu posse videmus,
Nec tactum porro sine corpore,) non ne fatendum est,
Corporea natura animum constare, animamque?

Quumque dixisset de animo constare illum

Corporibus parvis, et laevibus, atque rotundis

vers. 206. eadem de anima addit (distinguebat enim cum suis adseclis Epicurus animum ab anima) *vers. 209.*

Haec quoque res etiam naturam deliquat eius,
Quam tenui constat textura, quamque loco se
Contineat parvo, si possit conglomerari;
Quod simul atque hominem lethi secura quies est
Indepta, atque animi natura, animaeque recessit,
Nil ibi libatum toto de corpore cernas
Ad speciem, nihil ad pondus, mors omnia praestat,
Praeter vitalem sensum, calidumque vaporem.
Ergo animam totam perparvis esse necesse est
Seminibus nexam per venas, viscera, nervos;
Quatenus omnis ubi toto de corpore cessit,
Extima membrorum circum caesura, tamen se
Incolumem praestat, nec defit ponderis hilum.

Apta deinde similitudine prosequitur *vers. 222.*

Quod genus est, Bacchi quum flos evanuit, aut quum
Spiritus unguenti suavis diffugit in auras,
Aut aliquo quum iam succus de corpore cessit,
Nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur,
Propterea, neque detractum de pondere quidquam,
Nimirum quia multa, minutaque semina succos
Efficiunt, et odorem in toto corpore rerum.
Quare etiam, atque etiam mentis naturam, animaeque

SCHOLIA IN COL. XIX.

Scire licet perquam pauxillis esse creatam
Seminibus, quoniam fugiens nil ponderis aufert.

Igitur in hoc quoque volumine Epicurus την ψυχην *animam* inter τα απογεννωμενα, nata scilicet ex atomis refert, eamque corpoream adstruit.

Vers. 5. In αυτογραφῳ legitur απογεννημενου, male utique pro απογεννωμενου, vel απογεγεννημενου, omisso incremento.

Vers 9. et seq. Η' και τοσαυτην ιδιαν φυσιν, και κινησιν εχουσ' αν ψυχη etc. Animam aeque ac cetera moveri saepe docuit Epicurus. Atque ne ab ea ipsa ad *Herodot. Epistola* discedamus, quum de animae vi, ac natura eloqueretur, quamdiu existeret in corpore, et illo etiam dissoluto, (Laërtius *Lib. X.*) Και μην, inquit, λυομενου του όλου αθροισματος ἡ ψυχη διασπειρεται, και ουκετι εχει τας αυτας δυναμεις, ουδε κινειται, ώστε ουδ' αισθησιν κεκτηται. Ου γαρ διον τε νοειν αυτο αισθανομενον, μη εν τουτῳ τῳ συστηματι ταις κινησεσι ταυταις χρωμενον, όταν τα στεγαζοντα, και περιεχοντα μη τοιαυτα η, εν δις νυν ουσα εχει ταυτας τας κινησεις. *Sed et exsoluto toto corpore anima ipsa dissipatur, neque habet easdem facultates, neque movetur, neque obtinet adeo sensus. Non enim potest intelligi eamdem rem sentire, quae iisdem motibus non utitur, quum non inest in eodem composito, quum illa amplius non sunt, quibus fovetur, continetur que, et in quibus nunc existens huiuscemodi obit motus.* Hunc porro motum animae obvenire εκ του πνευματος natura, *ex spiritu* scilicet, *seu vento*, quod unum erat ex quatuor elementis, quibus animam contexebat Epicurus, indicat Stobaeus. Quum enim Plutarchi verba retulisset scribentis *IV. Placit. Cap. III.* Epicurum docuisse animam esse κραμα εκ τεσσαρων, εκ ποιου πυρωδους, εκ ποιου αερωδους, εκ ποιου πνευματικου, εκ τεταρτου τινος ακατονομαστου, ὁ ην αυτῳ αισθητικον, *temperatum quid ex quodam igneo, ex quodam aëreo, ex quodam ventoso, ex quarto quodam innominato, quod ipsi est sentiendi vis*, ita deinde singulos eorum effectus ex eodem auctore describit, ὡν το μεν πνευμα κινησιν, τον δε αερα ηρεμιαν, το δε θερμον την φαινομενην θερμοτητα του σωματος, το δε ακατονομαστον την εν ἡμιν εμποιειν αισθησιν: *ex quibus aura quidem sit causa motus, aër quietis, calidum eius caloris, qui in corpore cernitur, innominatum denique sensus.* Democritus vero quum, ut apud Aristotilem legitur *Libr. I. de An. Cap. II.* existente infinita figurarum, atomorumque varietate, ignem, animamque ex sphaericis esse docuisset, quumque rursus ostendisset, animam, ac mentem, sive animum eamdem rem esse (Epicurus enim, ut monuimus, animum, atque animam distinguebat, quamvis utrique atomos materiam daret, Laërtius *Libr. X.*) *constantem ex primis insectilibus, varieque figuratis corporibus*, addidissetque omnium figurarum comparatissimam ad motum esse sphaericam, pergit deinde dicere, τοιουτον ειναι τον νουν, και το πυρ, *talem mentem esse, atque ignem.* Lucretii autem quamplurimi sunt hac de re versus, atque Epicuri doctrinae quam maxime consoni. Sic *Libr. III. vers. 277.*

Quod genus, in nostris membris, et corpore toto
Mixta latens animi vis, animaeque potestas,
Corporibus quia de parvis, paucisque creata est;
Sic tibi nominis haec expers vis, facta minutis
Corporibus latet, atque animae quasi totius ipsa
Proporro est anima, et dominatur corpore toto.

Et paulo ante *vers. 244.*

Qua neque mobilius quidquam, nec tenuius exstat,
Nec magis est parvis, ac laevibus ex elementis,
Sensiferos motus quae didit prima per artus.
Prima cietur enim parvis perfecta figuris,
Inde calor motus, et venti caeca potestas,
Accipit inde aër, et cetera mobilitantur,
Tum quatitur sanguis, tum viscera persentiscunt
Omnia, postremis datur ossibus, atque medullis,
Sive voluptas est, sive est contrarius ardor.

Ex hoc autem loco id insuper patet, quod Epicurus, ceterique passim tradiderunt, corpus ipsum ab anima moveri; quod quo pacto fieri posset, ut tam parva vis tam magnam molem impelleret, Lucretius ipse quam perelegantibus similibus exponit *Libr. IV. vers. 899.*

Nec tamen illud in his rebus mirabile constat,
Tantula quod tantum corpus corpuscula possint
Contorquere, et unus totum convertere nostrum,
Quippe etiam ventus subtili corpore tenuis
Trudit agens magnam magno molimine navim,

Et manus una regit quantovis impete euntem ,
Atque gubernaclum contorquet quodlibet unum ,
Multaque per trochleas , et tympana pondere magno
Commovet , atque levi sustollit machina nisu.

Atque ad id fortasse , ut ad rem nostram redeamus , referenda sunt nostri huiusce fragmenti verba superius laudata ex *vers. 9 et 10.* τοσαυτην φυσιν , και κινησιν εχουσ' αν ψυχη , *quum tantam vim , ac motum habeat anima* , vim nempe naturae , sive naturalem. Cicero enim in *Plut. Phaedr.* φυσιν ψυχης vertit *naturam animi, atque vim.* Exaggerare igitur videtur heic Epicurus animae motum supra ceterarum rerum motum, quod ea ratione intelligi potest, ut non modo anima se ipsa celerius, potentiusque moveat, sed corpori etiam suo motum impertiat.

COLUMNA XX.

. . . . ουκ εστι τουτο εν τι πραγμα δε, αλλα ταυτα παντ᾽ εχον, ουδ᾽ εξαιρουμεθα της αιτιας το απογεγεννημενον, αλλ᾽ εν τι ποιουντα τα τε, και την συστασεως αιτιαν συναιρουμεν · το δ᾽ ουν ουκ αγαθον περ · πολλα δε ουδε κατα τινας εθισμους αν ουν, ουδε πως μετα καιρον μεν ποιητεον · εγκαιρου μεν εν της αιτιας κατ᾽ αναγκην εχειν δει ὑπ᾽ οψεις εξ αρχης πραγμ᾽, ὡς εξητασθαι, ου την αυτην εκεινα περ ἁρμονιαν εχειν οιομενους . . . .

. . . . non unum aliquod opus hoc est, sed tale, ut haec omnia complectatur, nec excerpimus a causa, quod natum ex ea est, sed (*tamquam*) unum aliquid faciant, et hanc rerum compositionem, et eius compositionis causam complectimur: id igitur haud rectum est: neque multa simul certis quibusdam usibus, neque unquam post opportunitatem facienda sunt: unam quidem causam opportune debemus primum necessario ob oculos habere ad inquirendum, existimantes, non eamdem illas quidem res harmoniam exhibere. . . . .

SCHOLIA IN COL. XX.

Vers. 1. et seq. *Ουκ εστι τουτο εν τι πραγμα* etc. In hoc fragmento, ni fallimur, totus Epicurus in eo est, ut in rerum investigatione non coniunctim plura, sed seorsim singula exquirenda moneat, causamque rerum ipsis rebus praevertendam doceat, earumque in primis opportunitatem spectandam iubeat. Hinc facile cernitur, cur, ut sententia constaret, illa a nobis addita initio sint.

Vers. 5. et seq. *Ου δ' εξαιρουμεθα της αιτιας το απογεγεννημενον* etc. *Απογεγεννημενου* nomine *quidquid natum, vel generatum sit* intellige; *αιτιας* vero *eius causam, ac principium.* Illud igitur heic queritur Epicurus, in inquisitione rerum causam cum suis effectibus confundi, et tamquam unum aliquod faciant, coniunctim uno tempore investigari; id enim sibi volunt, quae sequuntur: *αλλ' εν τι ποιουντα τα τι, και την συστασεως αιτιαν συναιρουμεν*, *sed tamquam unum aliquid efficiant, et hanc rerum compositionem, et eius compositionis causam complectimur.*

Vers. 7. *Το δ' ουν ουκ αγαθον περ* etc. Duo heic scite monet Epicurus ex antecedentibus prono alveo fluentia; primum non permulta simul inquirenda, alterum opportunitati consulendum, cuius magna vis est ad res facilius adsequendas. Porro textus verba ad imam usque paginam planiora sunt, quam ut explicatione indigeant; quod de nostro etiam supplemento dici posse videtur.



ΤΗϹΑΡΧΗϹϹΗ
ΩΚΑΤΑΜΕΝΕΙϹΤΑ
Α ΕΝΤ ΔΕΙΤΑΔΕΙϹΑΜΦ
ΤΑ ΑΕΙ ΠΡΑΓΜΩΝ
ϹΑΝΟΥϹΙΩΜ ΝΔΙΑ
ΛΕΙ ΑΛΛΑΥΤΩΙ
Α ΑΠΛΩϹΔΑΠΟΓΕΓΕΝ
ΝΕϹΘΑΙ
ΑΙ
ΗΤΟϹ ϹΤΟ ΕΛ

C. XXI

ΕϹΤΗΚΕΙΩΝΟΥ ΟΛΕΙΠΕΡΙ
ΠΑ ΛΘΗΤΟΥϹΙΝ ΝΟΥΘΕ
ΤΕΑ
ΘΑΙΚΑΙΜΕΤΑΡΥ ΗΝΩ ΕΙ
ΧΟΝΤΑ ΤΗ
ΤΑΝΚΑΙΕΥΧΟΥΝΤ
ΑΠΑϹΕΙΚΑΙΕΝΤΗΙΤΟ ΧΟΝ
ΤΟϹΚΑΙΠΕΙϹΘΕΝΤΟϹΚ ΑΥ
ΤΟΜΑΤ
ΚΑΙΤΩ ΜΑ
ΘΕΤ ΘΗ ΑΤΑ
ΑΝΑΓΚΗΝ
ΑΡΧ

C. XXII

Gio. Casanova dis V. Orsini inc.

COLUMNA XXI.

. . . . και λεγειν περι των, α εκ της αρχης σημεια επι εγνωκα, τα μεν εις τ' αν φανεντ' δει, τα δ' εις αμφισβητ... τ' αν ... α, ει ον απραγμων ... ς αν ουσιω μεν, δια... λε..., αλλ' αυτω ... προσθη... ... απλως δ' απογεγεννησθαι απαντα . . . .

. . . . et de signis quidem, quae ab initio agnovi, quaedam sane de manifestis, quaedam vero de dubiis dicenda essent, si liber (*ab aliis rebus tractandis*) essem: quomodo quidem rebus substantiam dem, quum diserte dixerim, nil huic ipsi tractationi addam: omnino autem nata esse cuncta. . . . .

SCHOLIA IN COL. XXI.

Vers. 1. et seq. Και περι των etc. Quantum ex huiusce fragmenti reliquiis colligere fas est, de signis loquitur heic Epicurus, quae cuiusmodi fuerint, aut quo referenda sint, nec inde, nec aliunde exculpi potest. Illud modo ait, se de iis disputaturum, si ab aliarum rerum tractatione liber esset. Atque notanda heic signorum ab eo propositorum differentia, quorum alia τα φανεντα, *manifesta* vocat, alia τα αμφισβατα, *dubia*. Porro αμφισβατα legendum necessario est, non αμφισβητησιμα; quae frequentior vox est, ac fortasse etiam elegantior. Et spatium extremo versu 4, et initium versu 5 in τα aliud profecto verbum non admittunt. Ceterum Hesychius, et Suidas αμφισβατον habent, et τα αμφισβατα explicant αμφισβητησιμα.

Vers. 6. ὡς αν ουσιω μιν etc. Ουσιουν, si latini sermonis ingenium pateretur, proprie, ac pressim *substantiare* vertendum esset; meliuscule *essentiam dare*, vel *facere*, *ut sint*. Budaeus ουσιωθηναι τον λογον ἐξ ἡμων quadam περιφρασει haud spernenda *Verbum Dei ex nobis substantiam sumpsisse* interpretatus est. Idem ουσιωται reddidit *substantia est* apud *Philop. in Proclum*: Επειδη μη εν τουτω ουσιωται ὁ ουρανος: *Quandoquidem non in eo caeli substantia consistit.* Ita etiam περιφραστικως reddenda sunt ea Gregorii verba: Πως γὰρ και ὑπεστη το δε παν, η συνεστη, μη Θεου τα παντα και ουσιωσαντος, και συνεχοντος; *Quomodo subsistere mundus, et coire posset, nisi Deus omnibus rebus substantiam daret, easque contineret?* Sed ut ad nostrum ουσιουν veniamus, ουσιουν heic est ad verbum *substantiam*, vel *essentiam dare rebus*; i. e. *facere*, *ut existant*, *ut sint*, nempe ex atomorum concursu, ut fuse supra.

Vers. 8. et seq. Απογεγεννησθαι scribendum, non απογεγεννεσθαι, ut in αυτογραφῳ.



ΤΟ ΣΠΛΑΝΗΣ ΠΕΡΙΚΑ
ΓΑ ΟΥΤΟΣΛΟΓΟΣΤΡΕΠ
ΚΑΚΟ ΔΕΠΟΤΕΔΥΝΑΤΑΙΒΕΒΑΙ
ΩΣΑ ΕΙΤ ΤΟΙΑΥΤΑΤΑΝΤΑ
ΟΚΑΤΑΝΑΓΚΗΝΚΑΛΟΥ Ν
ΑΛΛΑΜΑΧΕΤΑΙΤ ΝΙΠΕ ΑΥΤ
ΤΟΥΤΟΥ ΑΙΤΟΝΑ ΕΑ ΡΕΥ
ΟΜΕΝ ΕΙΣΑΠΕ ΠΑ
ΛΙΝΚΑΤΑΝΑΓΚΗΝΤ
ΤΕΙΝΑΠΟΛ ΩΝΔΕ
ΤΑ ΤΩΝΙΣ
Ν ΕΝ

C. XXIII

ΓΕΝΕΣΘΑΙΑ
ΔΙΑΝΑΓΚΗΝΚΑΛ ΠΑ ΑΝ
ΑΑ Η ΑΝΔΕΜΗΤΙΣΤΟΥΤΟΑΠΟ
ΔΕΙΞΕΙΜΗΔΕ ΕΙΗΜΩΝ
ΕΡ ΝΜΗΔΟ ΗΜ ΑΠ ΡΟ
ΤΙΝΩΝΚΑΝΟΥ ΤΙΣΔΙΗ ΩΝ
Α ΩΝΤΗΝΑΙΤΙΑΝΣΥΝΓΕΝΟΥ
ΜΕΝΑ ΝΘΟΣ ΝΥΝΔΕΙΗ
ΜΩΝΑΠΟΔΟΚΙΜΑΖΟΝΤΕΣΤΗΝ
ΑΙΤΙΑΝ Ε Ο ΘΑ
ΠΡΑ
ΚΗΝ
ΟΝ

C. XXIV

Gio Casanova dis — R. Biondi inc

COLUMNA XXIII.

. . . . παντ' ο..ι της πλανης· περι κα.. γαρ ..ουτος λογος τρεπε..αι· κακον δε ποτε δυναται βεβαιωσαι .. ει τ.. τοιαυτα παντα, ... ο κατ' αναγκην καλουσιν. Αλλα μαχεται τ.νι περ.ι αυτου τουτου .. , και (τον Α.εα .ορευομεν.. .. εις) απε. .. παλιν κατ' αναγκην π. ... τειν· απολ.γων δε. . . . .

. . . . haec olent errorem; in vitio enim versatur huiusmodi oratio: vitiosam autem eam esse si quid aliud confirmare potest, confirmant haec omnia eiusmodi, ex quibus aliquid *necessarium* vocant. Sed (*is*) pugnat magna quadam vi de hac ipsa re, et (Martem gradientem dicis) rursus ostendit, quid sit ex necessitate facere; declarans autem. . . . .

Vers. 2. et seq Περι κακον γαρ τοιουτος λογος τρεπεται etc. Omnis heic quaestio, quantum et ex hoc ipso, et ex sequentibus fragmentis conicere licet, in eo est, ut explicetur, quid sit aliquid necessario, quidque libere facere. Quod quum ex necessitatis definitione in primis oriatur, in eo contendit cum adversariis Epicurus, illisque male rem et intellexisse, et disseruisse opponit. Hinc saepe in hac, et proximis pagellis occurrunt, *το κατ' αναγκην, το δι' αναγκην, το δι' ἡμων αιτιαν, το δι' ἡμας*, quorum illa necessariam causam, haec liberam notant, ut clarius infra patebit. Hisce positis, obiurgat initio Epicurus adversae sententiae homines, qui in definienda necessitate vitiosa utebantur oratione; id profecto textus verba indicare videntur; mox principem adversariorum, eum nempe ipsum, quocum potissimum contendit, mordet, ac ridiculum facere conatur, quasi qui in praelium magna vi irruens gradientem Martem adspectu suo repraesentet; id est enim *τον Αρεα πορευομενον λεγεις vers. 8. et 9.* Interea ut totum hoc, quod et heic, et deinceps loquitur Epicurus, recte sibi constet, omnisque controversia aperta in luce patescat, animadvertendum, acerrimam inter Stoicos, et Epicureos quaestionem fuisse, quorum illi omnia *τη αναγκη*, *necessitati*, sive *fato* tribuebant; hi vero secus. Hinc *necessitatem* omnium δεσποτιν ponebant Stoici, *fatumque* universorum, et singulorum administrandorum causam vocabant: qua de re apud Ciceronem *De Nat. Deor. Lib. I. Cap.* XX. Velleius Balbum Stoicum adloquens: *Imposuistis*, inquit, *cervicibus nostris sempiternum dominum, quem dies, noctesque timeremus.* Et mox: *Hinc vobis extitit primum* illa fatalis necessitas, *quam ειμαρμενην dicitis, ut quidquid accidat, id ex aeterna veritate, causarumque continuatione fluxisse dicatis.* Sed et Agellius *Lib. VI. Cap. II.* refert, obstrepuisse Chrysippo aliarum opinionum, disciplinarumque auctores, conclamantes: *Esse inique poenas constitutas legibus, si omnia concedenda sunt* necessitati *cuidam, et instantiae, quae oritur ex fato, omnium quae sit rerum domina, et arbitra, per quam necesse sit fieri quidquid futurum sit.* Idem porro *fatum* ab eodem Chrysippo vocatum ait: *Sempiterna quaedam, et indeclinabilis series rerum, et catena volvens semet ipsa sese, et implicans per aeternos consequentiae ordines, ex quibus apta, connexaque est.* Spectat autem huc tum illud Lucani *Libr. VI. vers. 611.*

At simul a prima descendit origine mundi
Causarum series, atque omnia fata laborant:

tum illud Homeri *Il. I vers. 5.*

Διος δ' ετελειετο βουλη
Fiebat divina voluntas:

quod Plutarchus, aliique de ipso fato interpretantur. At contra Epicurus, ut ut necessitatem quamdam admitteret, quum diceret in *Epist. ad Herodot. naturam a rebus, ipsarumque serie* διδαχθηναι, και αναγκασθηναι, *doceri, et necessitate agi*, at non fecit hanc necessitatem omnium dominam; nam ab eius dominatione exemit *arbitrium*, et *fortunam*, ut in *Epist. ad Menoec.* apud Laërtium *Lib. X.* ubi ait, *την ὑπο τινων δεσποτιν εισαγομενην παντων αναγκην μη ειναι τουτων, ὡν εστιν τα μεν απο τυχης, τα δε παρ' ἡμας, inductam ab aliquibus dominam omnium necessitatem non esse dominam eorum, quae partim a fortuna, partim a nostro arbitrio pendent.* Hinc addit, *την μεν αναγκην ανυπευθυνον ειναι, την δε τυχην αστατον ὁραν, το δε παρ' ἡμας αδεσποτον, ᾡ και το μεμπτον, και το εναντιον παρακολουθειν πεφυκεν: necessitatem inemendabilem esse, fortunam inconstantem deprehendi, et id, quod est in nobis, liberum ab omni dominatu esse, ipsique adeo tribuitur quidquid est vituperatione, aut contra dignum.* Eadem fere leguntur apud Stobaeum, ubi dicitur Epicurus censuisse omnia fieri trium modorum aliquo, *κατ' αναγκην, κατα προαιρεσιν, κατα τυχην, necessitate, consilio, fortuna.* Quam libertatem ut tueretur, commentus est declinationis atomorum motum, nempe ut esset, quod necessitatem fati rumperet, suamque animis libertatem redderet. Id apte cecinit Lucretius *Lib. II. vers. 150.*

Denique si semper motus connectitur omnis,
E vetere exoritur semper novus ordine certo,
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam, quod fati faedera rumpat,
Ex infinito ne causam causa sequatur:
Libera per terras unde haec animantibus extat,
Unde est haec, inquam, fatis avulsa voluntas,
Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas.

Quod quum ita se habeat, quumque *το παρ' ἡμας*, ut in *Epistola ad Menoec.* id est *liberum arbitrium αδεσποτον dominatu liberum* faciat Epicurus, seu, ut loquitur Lucretius, *fatis avulsum*, ideoque *το μεμπτον, και το εναντιον, vituperatione, ac laude dignum in humanis actionibus esse* doceat, miramur, cur illi adpinxerit Epiphanius, *μηδεν ειναι των εν τῳ βιῳ εκουσιων, παντα ακουσια γινεσθαι πασι, και ου χρηναι ψεγειν τινα, ουτε επαινειν, ου γαρ εκοντας ταυτα ὑφιστανται, nihil esse liberum in vita, omnibus omnia involuntaria, ac non oportere quemquam hominum vituperare, vel laudare, quod eorum, quae agant, nihil voluntarie, libereque agant.* Gassendus *de Moral. Philosoph. Epic. Tom. II. pag. 235.* Profecto alia omnia sensit Epicurus, et Stoicam necessitatem in primis oppugnavit. Iam, ut ad papyrum nostram revertamur, extremis huiusce fragmenti versibus incipit Epicurus adversarii sententiam de agendi necessitate exponere; quae cuiusmodi fuerit, enarrare non sinit hiatus. Quid vero is contra senserit, ex sequenti pagina intelligetur.

COLUMNA XXIV.

γινεσθαι αληθως παντα δι' αναγκην καλως απας αν Φαιη. Αν δε μητις τουτο αποδειξει; μηδε δει ἡμων τι αν εργον; μηδ' ουν σημεια τ ; ορω τινων; καν ουν τις δι' ἡμων αυτων την αιτιαν συγγινουμενα Φη πανθ' ὁσα νυν δει ἡμων, αποδοκιμαζοντες την αιτιαν ταυτην . . . .

vere ex necessitate omnia fieri recte quispiam dixerit. Numquis autem probare id poterit? nulla ne indiget nobis actio? et ne signa quidem video quarumdam (*quae nobis indigeant?*). Quod si igitur quis dixerit nostra ipsorum causa fore, ut eveniant, quotquot nunc nobis indigent, reprobantes hanc illi causam. . . . .

SCHOLIA IN COL. XXIV.

Vers. 1. γινεσθαι αληθως παντα etc. Huiusmodi supplementum et ex contextu sermonis, et ex iis, quae mox sequuntur, expressimus, adversariique sententiam continere videtur. Atque in hac pagella duo mihi videntur maxime notanda, nempe το δι' ἡμων αιτιαν *vers. 6.* et *7.* et το δειν ἡμων *vers. 4. 8.* Igitur quod ad primum, manifestum est δι' ἡμων αιτιαν opponi τῳ δι' αναγκην, quumque hoc necessitatem, sive causam necessariam indicet, illud libertatem, vel causam liberam indicabit. Sic quum dicitur aliquid γινεσθαι δι' ἡμων αιτιαν, και ου δι' αναγκην idem est, ac *aliquid a nobis libere, non necessario agi:* quae prorsus Epicuri sententia est a Stoicis dissidentis, qui omnia prorsus necessitati, nil libertati tribuebant. Eodem modo δειν ἡμων *indigere nobis* idem esse interpretamur, ac *pendere a nobis;* id quod pariter agendi libertatem notat: quae enim nobis indigent, ea profecto sine nostra voluntate esse nequeunt.

Vers. 3. et seqq. Αν δε μητις τουτο αποδειξει; etc. Hinc incipit Epicurus adversarii sententiam refellere, illudque in primis statuit, probari eam a nemine unquam posse. Αν δε μητις τουτο αποδειξει; *numquis autem probare id poterit?* nulla enim argumenta satis esse censet ad ostendendum, nihil prorsus pendere a nobis, nec signa quidem videri eorum, si quae forte sint, quae libertate, non necessitate fieri dici queant.

Vers. 6. et seqq. δι' ἡμων αυτων την αιτιαν etc. Unam omnium rerum causam ponebant Stoici, *necessitatem*, την αναγκην, tres vero Epicurus cum suis adseclis, *necessitatem* ipsam, eamque ex Aristotele in naturalibus, (ait enim in *Epist. ad Herod.* apud Laërtium *Libr. X.* την φυσιν διδαχθηναι, και αναγκασθηναι, *naturam doceri, cogique a necessitate*: *Schol. in Col. XXIII*) *libertatem*, προαιρεσιν, sive το παρ' ἡμας, et *fortunam*, τυχην. Alteram harum causarum tractat heic Philosophus, aitque, si quis libertatem statuat causam earum rerum, quae a nobis pendent, (non quidem naturalium, vel contingentium) eam causam improbari ab adversariis, qui omnia necessitate fieri contendebant.



ΔΩΝΕΙΜΟΝΟΙ ΤΗΣΛ
ΛΕΡΠΑΝ. ΘΡ
ΧΗΣΑΝ ΕΞΑΡΧΗΣΚΑΝ
ΚΑΙΜ. ΟΡΩ
ΠΟΛΥΔΙ ΕΓΚΑΝΤΕΣΑΛΛΑΚΑΙΤΟΝ
ΥΣΤΕΡΟΝΠΟΛΛΑΠ ΕΛΑ Ν
ΕΑΥΤΟΥΣΚΑΙΠΕΡΕΝΑΛΛΟΙΣΜΕ
ΓΑΛΑΚ ΦΙΣΑΝΤΕ ΤΟΤ Ν
ΝΑΓ ΗΝΚΑΙΤΑΥΤΟΜ ΤΑΙ
ΤΑ ΘΑΙ
ΤΟΥ
ΠΟΚΑΙ

C. XXV

ΚΗΔΕΚΑ
ΑΜΦΟΤΕΡΑΚΕΚΤΗΤ ΝΑ Ι
ΑΝ ΑΙΜΗ ΝΕΠΕ ΗΜΙ
ΤΑΕΤΕΡΑΥ ΠΟΤΩΝΕΤΕΡΩΝΜ
Δ ΙΝΕΠ ΠΩΜΕΝΑΚΑΙΒΙΩ
ΜΕΝΑΠΑΡΑΤΕΧΡΟΝΟΥΣΠΟΛΛΑ
ΤΩΝΤΟΙΟΥΤΩΝΣΥΝ ΙΠΤΕΙΝ
ΚΑΙΗΛΙΚΙΑΣΚΑΙΑΛΛΑΣΑΙΤΙΑΣΟΘΕΝ
ΤΟΥΕΠΙΛΟΓΟΥ
ΙΣΑ ΑΡΧΙ ΤΗΝΑΙ

C. XXVI

Casanova dis — R. Biondi inc

COLUMNA XXV.

. . . . ου μονον ουχ ηστοχησαν της εξ αρχης, καν τινα και μη ψευδως μεν αυτ. ορωσι, πολυ διενεγκαντες, αλλα και τον ὑστερον πολλα παντως ελαθον ἑαυτους· και περ εν αλλοις μεγαλα κ. φισαντες, εις το την αναγκην, και ταυτοματον παντα . . θαι, ημαρτ. . μεν του . . ους . . . .

. . . . non solum non recte scopum attigerunt ab initio, etsi haud falso quidem aliqua videant, valde ceteris (*ingenio*) praecellentes, sed postremo multa penitus eos latuerunt; quumque in aliis (*tractandis*) magna elevent (*rerum difficillimarum pondera,*) in eo, quod necessitatem, et casum omnia putent, a veritate quidem aberrarunt . . . .

SCHOLIA IN COL. XXV.

Vers. 4. et 5. *τον ὑστερον*, supple, *χρονον*; quod heic opponitur *της ἐξ αρχης vers. 2.*

Vers. 7. et seqq. *ως το την αναγκην, και ταυτοματον* etc. Omissis in hac pagina quae disseruntur ad haec usque verba, quum nihil animadversione dignum prae se ferant, (videtur enim philosophos quosdam Epicurus partim ab ingenii vi laudare, partim a mutila rerum cognitione vituperare) iam quid haec ipsa sibi velint inspiciamus. Quantum videre possumus, reprehendit heic Auctor eos, qui necessitati, ac fortunae famulabantur, exclusa penitus libertate, quam tanto in opere tuebatur. Quum enim Stoici pro necessitate, ac fato starent, nec simul deessent qui necessitati adnectarent casum, hos ille heic arguendos suscipit, aitque satis eos a veritate discedere, quum *necessitatem, et casum omnia putent, ως το την αναγκην, και ταυτοματον παντα οιεσθαι.* Ac primum illud advertas, Epicurum heic *ταυτοματον*, non *τυχην* adhibuisse; quamvis enim fortuna, et casus idem sonarent, essentque pariter *ἐν τοις ἐνδεχομενοις*, ut inquit Aristoteles *Libr. II. Physic. Cap. V.* tamen, eodem teste, latius patebat casus, quam fortuna, quum ea esset solum in causis libere agentibus, casus autem etiam in inanimis. Hinc docet, *omnem quidem fortunam casum esse, sed non omnem casum fortunam.* Ceterum sive *ταυτοματον*, sive *τυχην*, quae quidem frequentior vox est, dixeris, narrat Aristoteles idem eodem libro *Cap. IV.* fuisse aliquos philosophos, qui opinabantur fortunam esse quidem causam, sed humanae menti obscuram. Plato etiam memoratur a Simplicio *Libr. IV.* in libris de Legibus adfirmasse, *Deum omnia, et secundum Deum fortunam, et tempus omnia humana gubernare.* Hinc tamquam numen habita, templaque illi variis titulis excitata; quae passim occurrunt apud Scriptores. Satis erit solus Plinius, qui quidquid vulgo de fortuna effutiebatur, velut in unum complectens *Libr. VII. Cap. VIII. Toto mundo*, inquit, *et locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus fortuna sola invocatur, una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, et cum convitiis colitur, volubilis a plerisque, et caeca etiam existimatur, vaga, incostans, incerta, varia, indignorum fautrix, huic omnia expensa, huic omnia feruntur adcepta, et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit, adeoque obnoxii sumus sorti, ut sors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus.* Epicurus vero longe abfuit, ut fortunam, tamquam Deum ex opinione vulgi, et quorumdam etiam fortasse sapientium existimaret: nimis enim patentia sunt quae docuit de fortuna in *Epist. ad Menoec.* apud Laertium *Lib. X* *Την δε τυχην ουτε θεον, ὡς ὁι πολλοι νομιζουσιν, ὑπολαμβανει, (ουδεν γαρ ατακτως θεῳ πραττεται) ουτε αβεβαιον αιτιαν, (οιονται μεν γαρ αγαθον, η κακον εκ ταυτης προς το μακαριως ζην ανθρωποις μη διδοσθαι, αρχας μεντοι μεγαλων αγαθων, η κακων ὑπο ταυτης χορηγεισθαι) κρειττον ειναι νομιζων ευλογιστως ατυχειν, η αλογιστως ευτυχειν· βελτιον γαρ το κριθεν εν ταις πραξεσι καλως ορθωθηναι δια ταυτην. Cave interim fortunam Deum facias, ut vulgus opinatur; (neque enim quidquam a Deo inordinate peragitur) neque credas instabilem causam esse; (existimant enim non porrigere quidem ipsum hominibus boni, aut mali aliquid ad beate vivendum, sed bonorum tamen, malorumque insignium principia suppeditare) satius ducens ratione bene inita infortunatum fieri, quam male inita fortunatum. Praeclarius enim est, si quid ea pulchre, feliciterque dirigat, ut id fuerit ipsi non sine iudicio commissum.* Et proxime ad hunc locum: Κρειττον ην, inquit, *τῳ περι θεων μυθῳ κατακολουθειν, η τη των φυσικων ειμαρμενη δουλευειν· ὁ μεν γαρ ελπιδα παραιτησεως ὑπογραφει θεων δια τιμης, ἡ δε απαραιτητον εχει την αναγκην.* *Satius longe est fabulosae* (h. e. vulgari) *de Diis opinioni addici, quam isti physicorum fato servire. Nam illa quidem ob reverentiam, quae habetur de Diis, ut ii exorentur spem facit, hoc vero habet inexorabilem necessitatem.* Sed hisce demtis, quae ex communi sententia loquitur Epicurus, fortunam ipse unam ex tribus causis faciebat, a quibus omnia gubernarentur, eamque discernebat a necessitate, et libertate, ut superioribus in Scholiis observavimus.

COLUMNA XXVI.

. . . . ετικη δε και ταυτα αμφοτερα κεκτηται την αιτιαν, και μη τιν' επεζημιωμενα τα ετερα υπο των ετερων, μηδε τιν' επισπωμενα, και βιωμενα παρα τε χρονους πολλα των τοιουτων συμπιπτειν, και ηλικιας, και αλλας αιτιας· ὅθεν

. . . . . probabilem autem utraque haec (*facta*) causam habent, non vero quaedam, quae multata sunt alia ab aliis, nec quaedam, quae vi trahuntur, atque adiguntur et praeter tempora adcidere haud parvo numero, et praeter aetates, aliasque causas; unde . . . . . .

Vers. 1. et seqq. *επιιχη δε και ταυτα αμφοτερα* etc. Sententia huius pagellae omnino nos latet. Nec enim coniicere licuit, quo referenda sint illa *αμφοτερα vers. 2.* nec cetera, quae sequuntur, certa in luce patescunt. Rem igitur in medio relinquimus, Graeca tantum verba reddere contenti.

Vers. 3. *επιζημιωμενα*. Ita quidem statuenda vox videtur *απο του επιζημιουν*, vel *επιζημιουσθαι*, quod vetera lexica non habent, recentiora vix laudant apud Xenophontem *H. Gr. 8. 2. 22.* *Επιζημιουν στατηρι κατα τον ανδρα*, *statere singulos multare.* Nos igitur hisce vestigiis insistentes *επιζημιουσθαι* heic interpretamur *multari*, dictumque adcipimus metaphorice pro *puniri*, vel *damnari.*

Vers. 5. et 6. *Επισπωμενα, και βιωμενα.* Nulli dubium, quin *παθητικως*, *passive* usurpentur heic ab Epicuro. Ceterum *επισπωμενην την θαλασσαν* eodem modo adhibuit Thucidides *III. 89.* *attractum mare*, ut alia huiusmodi testimonia in re non necessaria praetermittamus. Item *λημον ανεμω βιωμενον*, *segetem vi actam ex vento* invenies apud Herodotum *I. 19.* quod et in *βεβιημενος*, et *βιησαμενος* aliquando factum. Vide Antiphilum in *Antholog. Palat. 9. 546. et Euphorum apud Etymolog. H. pag. 480*



ΕΚΑΙ ΟΔΩ
ΗϹΕΩΝΚ ΠΙΝ ΗΜ
ΤΩΝΚΑΙΦΑΝΤΑϹΜΑΤΩΝΚΑΙΤΗϹ
ΑΙΩΝΙΑϹΚ ΗΝΟΧΛ
ΗΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑϹΗΜ ΑΙΩΝΙΑϹΤΗΝ
Λ ΑΝΤΟΥΘΗΡΕΥΕΙΝΤΗΝΑΡΚΗΝ
ΚΑΙΚΑΚΟΝΗΚΑΙΚΡΙΤΗΡΙΟΝΚΑΙΚΑ
Τ ΙΚΡΟΝΤΑΥΤΑ Ε ΑΡΕΙϹΤΟΝ
ϹΥΛΛΟΓΙϹΜΟΝΤΟΥΚΡΙΤΗΡΙΟΥΟΓΕΝ
ΚΑ ΚΡΙΤΗΡΙΟ ΑΥ ΕΙΤΑΝ
ΘΙ Ν

C. XXVII

ΤΟΥΤΟ ΝΤΙΝΑ
ΤΑ ΟΥϹΑΙΚΑ ΗϹΕΩΝΤΩΝ
ΤΕΔΙΗΜΑϹ ΙΑΤ Ν
ΦΥϹ ΚΑ ΤΕ
Λ ΙΔΕΔΟ ΙΟΠΑΘΟΝΤΙ
ΚΑΙΤΡΟΠΑϹ ΟΑΙΤΙΟΝΟΤΙΚΟϹ
Ω ΠΑΡΧ ΠΡΟΕΘΕΜΕΘΑΚΑ
ΤΙΑ ΑΥ ΡΑΥΤΑΟϹΑΠΟ
Τ ΚΑ

C. XXVIII

Gu. Casanova dis *R. Biondi inc*

COLUMNA XXVII.

. . . . εωρακα προς γνωσιν δε και των μεθοδων, και δοκησεων, και επινοηματων, και φαντασματων, και της αιωνιας κατα ψυχην οχλησεως, η ευδαιμονιας, η μη αιωνιας, την αιτιαν του θηρευειν την αρχην, και κανον' η και κριτηριον, και κατα μικρον ταυτ' αιτει αριστον συλλογισμον του κριτηριου· ὅγ' εν και χρησει κριτηριου αυτου, ειτ' αν

. . . . animadverti ad cognoscendas methodos, et opinationes, et commenta, et phantasmata, et perpetuam animae perturbationem, aut felicitatem, vel non perpetuam, *animadverti, inquam*, causam investigandi Principium, et Canonem, sive Criterium; etenim haec subinde exigunt praestantissimum syllogismum Criterii; is certe, qui in usu Criterii ipsius, deinde

SCHOLIA IN COL. XXVII.

Vers. 4. et seq. Και της αωνιας κατα ψυχην οχλησεως etc. Illud της αωνιας refer ad η μη αωνιας, quod mox sequitur, ut sit *perpetuae, vel non perpetuae*: vox autem ευδαιμονιας versu 6. fecit, ni illi opponeremus οχλησεως *vers.* 5. nimirum *perturbationis*, vel *molestiae*, quae utique adversatur felicitati. In *Epist. ad Moenec.* Epicurus ταραχην, και ταραχην eodem sensu frequens adhibet. Vide Laertium *Libr. X.*

Vers. 7. et seq. την αρχην, (in αυτογραφω αρχην errore librarii) και κανον' η και κριτηριον etc. Inter Epicuri opera a Laertio commemorata *Lib. X.* laudatur Περι Κριτηριου, η Κανων: *De Criterio, seu Canon;* de quo opere Laertius ipse eodem Libro quum Epicuri philosophiam dissereret, διαιρειται τοινυν, inquit, εις τρια, το τε Κανονικον, και Φυσικον, και Ηθικον· το μεν ουν Κανονικον εφοδους επι την πραγματειαν εχει, και εστιν εν ενι τω επιγραφομενω Κανων. *Dividitur in partes tres, Canonicam nempe, Physicam, et Ethicam: continet autem Canonica introductiones ad ipsum opus, traditurque in eo libro, qui inscribitur Canon.* Iam vero ipse Canon Epicuri fuit nomine simplex, potestate multiplex, non una scilicet regula fuit, sed multarum complexio; quod innuere Plutarchus videtur *Libr. I. Placit. Cap. X.* dum ridet Coloten, qui legerit illos Epicuri κανονας διοπετεις *regulas ab Iove demissas*, et rursus dum ait quosdam, Epicuri certe adseclas, fateri, ερρειν τους κανονας αυτους, και παντaπασιν οιχεσθαι το κριτηριον, *excidere sibi illas regulas, omninoque criterium evanescere.* Ceterum quod Liber inscriptus fuerit Κανων potius, quam Κανονες, suadet praeter Laertium haec ipsa nostra papyrus. Cicero etiam *Libr. I. de Fin. Cap. XIX.* *regulam* unius nomine adpellat ex persona Torquati sic loquentis: *Si stabilem scientiam rerum tenebimus servata illa, quae quasi delapsa de Caelo est ad cognitionem omnium* Regula, *ad quam omnia iudicia rerum dirigantur, nunquam ullius oratione victi sententia desistemus.* Apud eumdem *Lib. I. De Natur. Deor. Cap. XVI.* Velleius item Epicureus inquit: *Cuius rationis vim, atque utilitatem ex illo caelesti* de Regula, et Iudicio *volumine accepimus.* Atque hic locus adprime congruit cum nostra papyro, ubi pariter Κανων, η και Κριτηριον *Canon, sive Criterium* suus ab ipso Auctore Liber adpellatur. Quae ipsa praeterea papyrus mirifice illustrat, ni fallimur, illum etiam Laertii locum *Libr. X.* ubi de Canonica loquens: Ειωθασι, inquit, καιτοι το Κανονικον ὁμου τω Φυσικω συντασσειν· καλουσιν δε αυτο περι Κριτηριου, και Αρχης, και Στοιχειωτικον: *Solent vero Canonicam cum Physica coniungere; vocant autem eam* De Criterio, et Principium, et Introductionem. Quum igitur adserat Laertius illum ipsum Epicuri Librum de Canonica, sive Κανων variis insuper nominibus solere inscribi, adpellarique Περι Κριτηριου, και Αρχης, και Στοιχειωτικον, quumque heic habeamus την Αρχην, και Κανον' η και Κριτηριον, vel την Αρχην, και Κανονα, και Κριτηριον, (dubia est enim litterula, quae postremum και praecedit, et vel η, vel α legi potest, quin ulla rei labes inferatur) facile quisque videt, quantum huic nostro volumini debeamus, a quo tam praeclari Epicuri operis nomina accepimus, et historicorum auctoritates firmius stabiliuntur.

Vers. 9. et seq. ταυτ' αιτει αριστον συλλογισμον του κριτηριου etc. In αυτογραφω librarius omisit primum ι in αιτει, tum αριστον pro αριστον scripsit; quae nos σφαλματα emendanda curavimus. Ταυτα, ea scilicet superioribus versibus memorata *postulant praestantissimum syllogismum Criterii.* Ne tamen mireris syllogismum heic ab Epicuro nominari. Nam etsi ille dialecticam, ὡς παρελκουσαν, *tamquam supervacaneam* repudiarit, ut loquitur Laertius *Libr. X.* non tamen generatim syllogismos, sed operosum dumtaxat illorum artificium, technasque, et sophismata condemnavit. Ceterum et syllogismos ipse texuit, et quemadmodum texerentur docuit. Vide Gassendum *Tom. I. pag. 69.* et *81.* qui eam rem diligentissime explicavit. Atque hoc fortasse sibi vult illud αριστον συλλογισμον, quem heic commendat.

COLUMNA XXVIII.

. . . . ω κακους τους λογους νομιζω τουτους ειναι τινας· επειτ' αν ουσαι και ρησεων των τε δι' ἡμας, των τε δια την φυσιν και τροπαι τινες ποτε αν ει δεδοχασιν, ὁ παθοντι και τροπας τας ὁ αιτιολογικος, ὡς απ' αρχης προειθεμεθα, κατιας αυτων, και παρ' αυτα ὁσα ποτε αν ετυχε, καλως αποδειξει . . . .

. . . . haud malos hosce arbitros (*meos*) esse sermones ; deinde si quae visae fuerint mutationes adcidere eorum, quae dicta (*a nobis*) sunt et nostri , et naturae gratia , (*tum*) illi , cui hae mutationes adciderint , aetiologicus, ut ab initio proposuimus , et earum causas , et quotquot praeterea fortasse evenerint , recte monstrabit . . . . .

SCHOLIA IN COL. XXVIII.

Vers. 6. τροπαι etc. Hanc vocem sumsimus ex *vers. 8.* et, ni fallimur, opportune. Videtur enim Auctor mutationes quasdam innuere, quae possint accidere iis hactenus disputatis, quarum ipse causas ab aetiologico explicandas iubet. Atque heic notanda verba illa ρηθειων των τε δι' ἡμας, των τε δια την φυσιν, *eorum, quae dicta sunt et nostri, et naturae gratia vers. 4. 5. 6.* Utraque enim complexus est hoc in volumine Epicurus, et ea scilicet, quae ad nos, sive ad nostram vim, ac facultatem, et ea, quae ad rerum naturam pertinent; nisi quod in hac veluti ανακεφαλαιωσει fecit, quod aiunt, ὑστερον προτερον; nam τα δια φυσιν praecedunt ordine τοις δι' ἡμας.

Vers. 8. αιτιολογικος etc. Apud philosophos vocatur hoc nomine *peritus aetiologiarum*, i. e. *reddendi rationem eius, quod in quaestione versatur, vel quasi artem illam factitans.* Nos eam vocem latine retinuimus ad vitandam περιφρασιν, quae rem minus belle exprimeret. Tribuitur haec laus potissimum Aristoteli a Diogene Laertio in eius vita *Lib. V.* Εν τε τοις φυσικοις αιτιολογικωτατος παντων εγενετο, ὡστε και περι των ελαχιστων τας αιτιας αποδιδοναι. *In descriptione rerum naturalium praeter ceteros causas reddidit ita, ut minimarum etiam rerum rationes adsignaverit.* Hinc αιτιολογικη pars medicinae, quae causarum differentias, et vires expendit. Galenus *Introd. Cap. VII. Tom. II.*

Vers. 9 et 10. κατιας in αυτογραφῳ corrigendum κατιας.

INDEX I.

Auctorum, qui in utroque volumine citantur, laudantur, et illustrantur.

INDEX II.

Vocum Graecarum animadversione digniorum, quae in utroque volumine inveniuntur.

INDEX III.

Rerum notabilium, quae vel in Praefationibus, vel in Textu, vel in Scholiis utriusque voluminis occurrunt.

ERRATA.		CORRIGE.

In Papyro Philodemi Περι Χαριτος.

Pag. 1	παιδει' αν	παιδει' αν
pag. 5	αν	αν
pag. 8	ανατασθαι	ανατασθαι
pag. 14	unclum	unctum
ibid.	κατεκτημενως	κεκτημενους
pag. 15	παθειν	παθειν
pag. 17	ιχων	ιχων
ibid.	δανειον	δανειον
pag. 18	περιηθηκεν	περιεθηκεν
ibid.	πραζασθαι	πραξασθαι
pag. 21	πεπολιτευμενοι	πεπολιτευμενον
pag. 22	Scriptoris	Sculptoris
pag. 26	Εχειν	Εχει
ibid.	habere	haberent
ibid.	dignum esse	digna essent
pag. 27	utilia	bona
pag. 28	περιστασεις	περιστασις
pag. 33	quorundam	quorumdam

In Papyro Epicuri Περι Φυσεως.

Pag. 1	αν	αν
ibid.	λαμβανειν την	λαμβανειν την
ibid.	διαφοραν	δια[illegible]....
ibid.	comprehendere	comprehendere....
pag. 2	Scolia	Scholia
ibid.	trasmutans	transmutans
pag. 5	Numerus 10 cum punctis superpositis delendus	
pag. 9	και η	και η
ibid.	συμπλεκειν	συ[illegible]κην....
ibid.	complexum	complexum....
pag. 11	συλλαμβανειν αυτοι'	συλλαμβ[illegible] αυτοι
ibid.	μη αν βουλονται μαλλον	μη αν βουλονται μαλλον
pag. 13	σχηματα	σ[illegible]ματα
pag. 15	έαυτω	εαυτω
ibid.	ου δη	[illegible] δη
ibid.	δειν	δ[illegible]
pag. 17	δητω	δ[illegible]
ibid.	παν	παν
ibid.	αναισθητου	αναισθητου
ibid.	την αν επιδον	τ[illegible] αν επιδον
pag. 19	εχει	[illegible]
ibid.	εν	ε[illegible]
ibid.	λειπον	λε[illegible]ν
pag. 21	αναλογιων	αναλογιων
ibid.	η ξηνο	[illegible]ξηνο
ibid.	προγινεσθαι των	[illegible]γινεσθαι των
pag. 23	δ' αυτων	[illegible] αυτων
ibid.	veruntamen	verumtamen
ibid.	τι	τι
ibid.	προα δ' ὡς	[illegible]ρα δ' ὡς
ibid.	καθ απερ	κα[illegible]περ
pag. 25	ειδε	ειδε
pag. 27	venoso	ventoso
pag. 29	εγ[illegible] περ	εγ[illegible] περ
ibid.	ιθ[illegible]	ιθ[illegible]μο[illegible]
ibid.	εξ[illegible]σθαι	εξ[illegible]σθαι
pag. 31	αν φανετ'	αν [illegible]ανετ'
ibid.	μιν	μιν
ibid.	προ[illegible]σω αν	[illegible]σω αν
pag. 34	facdera	foedera
pag. 35	ουν	ουν
ibid.	ἡμων	[illegible]μων
pag. 38	adnectarent	annecterent
pag. 41	ιπ' αν	ιπ' αν....
ibid.	deinde	deinde....
pag. 43	aibitros	arbitror
ibid.	αυτο	αυτα





